

AD SOTERICVM GRATIS
DOCENTEM.

SE gratis narras, Sotericus, velle docere.
Ut gratis agas ergo tuo suadeto patrone,
Qui vocem multo venalem venditat auro.
Procurator item facito tuus improbet aurum,
Summittatque genu nulla mercede redemptus.
Quoniam sanctum, te queso, doceto senatum,
Ne petat a nostro statui sibi commoda rege,
Spartellaque dari, sed procurator opellam
Si vendit, si causidicus sua verba locare
Consuevit, si legitima mercede senator
Donatur, decus ut queat ordinis inde rueri:
Stoica que dieu credent paradoxa forenses.
Lucra affernant nemo tibi credet eorum.
Illa fori quacunque vides subcellia, questus
Implet, & auctus magna emolumenta tribunal.
Que si quis collat, fuerit mox curia sola.
Te simulatorem, comædumq; esse purabunt,
Nec stipe contentum censebant esse minuta,
Sed testamentis inhibere, Incrisq; beatis;
Insidiatorem captatoremq; loquuntur
Atque eleemosinas auertere pauperis, atque
Amplas seclari pradas, contemnere parvas.
Mallem equidem tibi grata foret mercedula parva
Quim congesita simul Claromontana talenta,
Indicio que ferre rapax conari iniquo,
Debita pauperibus, non nexa ad guttura vesti.
Sed pietas iam nostra est, animusq; benignus.
Magna pietas, qui parva fugu: pietatis auara
Huius amore tuum peccus feruescit & ardet.
Nemo velut quisquam causa stipi esse latronum

In numero

Frangat Papa, caput:

ANTICHRISTUS ROMANUS
EX PROPRIO SUO NO MINE

PRODITUS: 1516

& in gloriam DOMINI nostri
JESU CHRISTI

SUMMI & UNICI ECCLESIAE PONTIFICIS,

cujus honorem & cathedram
iste Oppositus

VICARIVS FILII DEI

sibi vendicanstori Oibi imponit,

PUBLICATUS,

& S. ECCLESIAE CATHOLICE
judicio subjectus, perM. ANDREAM HELVIGIUM
Reboren Gymnasi Stralsund.

D. Hieron. in Apol. ad Demnonium.

Non mihi respondeat, cuius me'authoritas op-
primere potest, docere non potest.

STRALSUNDI.

Vna sit AVXILIUM, gloria nostra, Dei.
LITERIS FERBERIANIS.

Nomen huic lumen

Il papa è l'Antichristo.

frangat Jesuita cerebrum..

66

SERENISSIMO
TENTISSIMO PO.
Principi ac Domino
D N.

GUSTAVO
ADOLPHO,
Svecorum, Gothorum
& Vandalorum Regi, Magno
Principi Finlandiae, Duci E-
stoniae & Careliae, nec non
Ingriae Domino,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERE-

SERENISS. POTEN-
tissimeque Rex, Domine
Clementissime, Salutem & incolu-
mitatem corporis & animæ, juxta
& successum eventumq; consilio-
rum & institutorum in CHRISTO
JESU optatissimum S. R. Majestati
Vestræ ex animo sub missé precor.

ANTI CHRISTUM, de quo CHRISTUS &
Apostoli prædixerunt, nec alium esse ullum,
nec in Mundum esse venturum constat alium,
quam qvi dudum jam in medio Mundi Ecclesiæq; fo-
ro versatur, ac Romæ sedens Vicarium CHRISTI se-
haberi postulat ipse. Servum Servorum Dei sese in bul-
lis suis nuncupans. Papam dico Romanum: qvi ex non
mali fortassis ovo Corvi exclusus primùm, ac progres-
sus in Ecclesiæ Catholicæ scenam, immane quantum
degeneravit! in quale & quantum excrevit Mundi in-
ter miracula monstrum!

Qvod autem illud Ovum? Ambitionis & prima-
tus. Nempe hæc illa vipera, qvæ per primævæ Evaæ
Adæq; spinam ac medullam serpere cœpit, ab illo pro-

A 2 fecta

fecta auctore, qui in corundem avres hunc blandum
immisit susurrum: *Eritis sicut Du.* Hoc Petilio & persigra-
fio falsa, etiam discipulorum Christi & Apostolorum
rum animis illapsa, fecit eos querere ex Iesu (Matth.
12.) quinam inter ipsis in regno coelorum (quod fe-
cule & politicum fore somnabat) maximus esset.
Et cap. 20. mater filiorum Zebedaei anxie pro filius in-
tercedit, ut primi esse licet in regno Christi, illa
de sub ipsam vesperam ultimi Paschaatos in *Quatuor*
& apertam contentionem res erupit, discipulis interfe-
querentibus, ecquis eorum videretur esse major, & di-
gnitate reliquis preferendus. Luc. 22. Ab Apostolis
illa quæstio mox demanavit in reliqua succedentium
Ecclesiæ doctorum membra, non tam Apostolorum
judicio & voluntate, quam operâ illius, qui in Petro &
cum Petro avdivit: *πατέρων μετατάσθια*. Abi post me
Satan. Matth. 16. v. 23. Nam sub ipsa statim Apostolo-
rum tempora (subolfaciente fraudem ac predicente,
Apostolo Paulo, 2. Theft. 2. v. 5. 6. 7.) cooperant à dissolu-
tione id est, qui aliquid esse videbantur, regnum Christi
externo more Imperiorum constituere. Hinc
Antiochena Ecclesia propter Petrum, & primum in-
venit ibi Christianorum nomen & appellationem.
Act. 11. v. 26. I prima haberi voluit. Negavit id Roma-
na: res in Synodo Nicenâ directa est; nec satis tamen
certa fide. Nam quum postea Afri cam denegantes
Papæ Rom. autoritatem, quererent autographum, du-
biū ille quidem habuit ac protulit. Quum autem a-
pud Alexandrinam Ecclesiam, Antiochenam & Con-
stantinopolitanam in Archivis inquirent in auto-
grapha Synodi Nicenæ, nihil tale est reperitum, quo
talis

realis potestas & primatus Episcopo Romano conces-
sus esset. Videatur tomus primus conciliorum, & D.
Gesner lib. 2. de Conciliis, pag. 201. & seqq.
At licet ista Colubri infernalis ambitiosa lues
ipsos Romanorum Sacerdotum sensus jam tum per-
tentaret, imisq; se præcordiis insinuaret: lentius ta-
men operabatur, nec dum animus toto fallentem pe-
ctori flammam conceperat. Itaq; molliori adhuc bra-
chio huic machinæ fabricandæ incumbebant, ac mi-
nus seriam Pandoræ isti Antichristicæ instruendæ o-
peram dabant. Etenim inde à Petro, quem primum no-
minant Romanæ Sedis, si tamen unquam sedid ibi Pe-
trus, quippe perditarum ex Circumcisione ovium Apo-
stolus) Episcopum, succedentes per annos ferè tre-
centos ejusdem Ecclesiæ præpositos, constat plerosq;
omnes viros fuisse sanctos, eosdemq; Martyres, qui
pro afferendâ Evangelii veritate vitam profundere,
non dubitarunt: quales fuisse scribuntur Linus, Cle-
tus, Clemens, Evaristus, Sixtus, & alii, ad Silvestrum
usq; primum: qui nec pedo, nec tripli mitra insigniti,
Apostolorum vestigiis insilentes strenuam navarunt
in vineâ Christi excolendâ operam, quas non male
stellis illis comparaveris, quas in dextrâ Christi vidit
S. Johannes in Apocal. 1. v. penult. Duravit hac etas Apo-
stolica usq; ad tempora Constantini Magni, qui statim a su-
cepto Baptismo Concilium Nicae indixit ac celebravit, an-
no Christi 325, totidem ferè congregatis ex
omni terrarum parte Episcopis. Inde subsecuta est mi-
tratorum caterva Präfulum, qui licet non pessimi fuer-
int, tamen suis traditionibus ac decetis Antichristo
sedem pararunt, ad annum usque Christi 590,

P R A F A T I O

qvando Papa Romanus designatus est Gregorius I.,
qui & Magnus dicitur, confirmatus ab Imperatore
Mauricio, qvem postea Phocas ē medio sustulit. Hic
Gregorius quām fuit vir doctus & politicus (erat e-
nīm nobilis genere & Præfēctus Urbis, antequam Mo-
nasterium ingrediceretur) tam fuit in viā Antichristi
munienda strenuus, & in struendis regni Antichristici
fundamentis impiger. Nam & de superioritate, cur
rem in Ecclesia CHRISTI barbaram barbarē effe-
ram) cum Episcopo Constantinopolitano Johanne
Jejunatore decertavit, & primus hanc controversiam
de primatu Sedis Romanæ tanquam Apołolicę mo-
vit. Præterea fuit autor Purgatorii ignis, expiationum
per Missas, Invocationis Sanctorum, Indulgentiarum
etiam (si Eccio credimus in Enchiridio) Processio-
num, stationum, peregrinationum, lustralium aquarum
& aspercionum, atq; id genus aliarum nugarum & ab-
ominationum deniq; Sacerdotibus uxores suo decreto
ademit, iisdemq; occasionem ad furtivos amores se-
ctandos & scortationes exercendas præbuit. Qvumq;
die qvadam in vivario suo, ubi pisces habebat, plus
quam sexies mille capita infantum extracta vidisset,
poenituit cum facti, damnatoq; decreto suo Aposto-
licum laudavit consilium, Melius esse nubere quam uiri,
sev (ut Pontifex ipse interpretabatur) occasionem
mortis præbere ; sicuti ex Hulderico Augustano Epi-
scopo Dresserius annotat. Hūc Gregorium plenis pa-
sisque velis secuta sunt longa Pontificum Romano-
rum examina, qui telam Gregorianæ Minervæ (sev
mysticæ potius Furiæ) cœratim perrexuerunt. Inter
eos excelluit & tanquam restim duxit Bonifacius III.

D E D I C A T O R I A

qui à Phocā Cœsaricidā precibus & largitionibus
(non sine magna tamen, ut Platina ait, contentione)
sædēm obtinuit, ut Beati Petri Sedes omnium Ec-
clesiārum diceretur Caput. Qvod ubi datum con-
cessumque esset Pontificibus Romanis, ibi vcluti fe-
nestrā ad Imperium apertā, animū & ad Urbis & Or-
bis dominium adiiciunt, atq; agmine totō, qvā data
porta, vnu[n]t.

*Exin Gurgoneis Alecō infecta verzia
evolat, & jam non uno contentā triumpho,
majus adorta neq;as, majoremq; o[ro] furorem.*

Atsum deserta petit, in ii. Iuhamedum se
Machometen, ut alterum Aut[or]um excitat, ex-
tra Ecclesia sepa. ē qvibus Romanus ille trimitra-
tus Pontifex omnes excluderat mortales, quoq; vor-
apud se tanquam Summum Ecclesiæ Catholice Ro-
manæ Prætorem nomina sua professi non essent.
Iste itaque novis artibus instrūctus novā viā, eodem
verò duce Spiritu malo, grassatur ad everiendam
minuendamve CHRISTI gloriam. Ex tribus enim
religionibus unum veluti nō ipsa conficiens, à Judæis
muuiatur Circumcisionem, Mosen doctrinæ & mi-
raculorum lavde extollit : Christianis blanditur in-
 eo, quod CHRISTUS ip[s]i est Spiritus, Sermo, Virtus
Dei ; cujus doctrina perfecta sit, qviq; Vetus Te-
stamentum illustraverit : Mohamed autem CHRISTI
Servus ab illo jam olim prædictus, denique
Neitoriani neq;vid conquerantur, non est tamen
ille verus Deus, non filius Dei, sed ani-
mā prorsus Divinā prædictus. Cetera tam absurdā
inepta.

P R A E F A T I O

inepta anilia & ridicula, tam inter se pugnantia. qvitur Alcoranus, ut somniis phreneticorumque deliciis simillima sint, qualia nemo sapiens bis fere sustineat. Ita prodigiosè sua figura ac religione temperavit, ut miseram plebem & insipidum vulgus novitatis avidum, in communis superstitionis trau... societatemq; pelliceret. Huc tamen omnia ei sancti, veteri & Novo Testamento consona, a Deoq; tradita: quæ excutere velle, & vix animi gradi controvertere, constare crimen ducitur. Conimur scilicet hoc cum N. amede Pontifici Romano, quod huic item religio... ac piaculi instar, ea, quæ vele suilli sacro pectoris scrinio deprompta, vel a Romana Ecclesiæ decreta sunt, velle disputare, aut in dubium vocare. Sic igitur Ecclesiæ CHRISTI urinq; primitur illuc ab Oriente, hinc ab Occidente, utraq; veteri Imperatorum sede. Nam Constantinopolis quidem, cum tota Thraciæ ab annis jam 177 Turticos Imperatoribus parere, isdemq; sedem hodie præbere constat. Roman verò cum tota Italia ex Constantini Magni donatione (ut ajunt) ab annis plus mille trecentis sibi vendicat Papa. Sed interim pars curiosus que Antichristi est antiquitas. Nam Romanorum quidem Pontificum zeryos & antesignanus revera fuit Gregorius ille vocatus Magnus, quem suscepisti Pontificatum diximus anno CHRISTI 590. Annis 32 post exortus fuit Mahamed Arabs, qui stipendia fecit Imperatori Heraclio, Imperio ad occasum jam divergente: quumq; seditionem in Heraclii exercitu facinoris electus est. Idem fur-

D E D I C A T O R I A.

ni & latrociniis damnatus, ex urbe Mechâ noctu post 15 Iulii profugit; unde annorum Alhigerze, id est, peregrinationis initium. Verum nos illum quidem Orientalem & exoticum Antichristum missum nunc facimus: dealtero Occidentali, quem ipsa suis aliis uberibus atque eduxit Ecclesia CHRISTI, nunc loquimur. Is vero Papa Romanus sev Summus Pontifex est, qui ut jam olim Græcorum Ecclesiæ excommunicavit, ita deinceps hodieq; omnes, quotquot ipsum non agnoscunt pro capite Ecclesiæ universalis, & Supremo omnium controversiarum Judice, qui Romano Catholicæ fidei ac superstitionibus non affentiantur, ipsius indulgentiis non utuntur; eos a S. Ecclesiæ Catholicæ communione exclusos esse vult, adeoq; hoc ipso significat, se cum omni suo Clero, veræ Catholicæ Ecclesiæ membrum non esse; sed ipsum Antichristum à CHRISTO, Pavlo, Johanne notatum; quippe qui nihil commune habeat cum iis, qui CHRISTO Capiti unicè adhærent.

Ac ne quis hæc à nobis ita dici forte miretur, adducam aliorum testimonia, eaq; domestica ipsorum Pontificiorum, imò sanctorum Patrum. Nam irenam certè Patrum fere antiquissimus, qui Polycarpum Joannis Evangelistæ discipulum audivit, Episcopus Lugdunensis in Gallia, ante annos 1440 circiter, Ecclesiæ Romanæ tunc præsidente Papâ Victore Asiatico, Viro quidem sancto, & Martyre postea facto, sed a communi illo Paparum morbo non penitus immuni (ut qui Pascha decimaqvartâ lunâ celebrantes ab Ecclesiâ rescidit & excommunicavit, contradicentibus Episcopis aliis, in primis B. Irenæo: is, inquam, jam-

P R A E F A T I O

tum dixit: *Antichristus cum sit servus, quasi DEUS valde adorari: notans scilicet *Fridericias & ambitionem praidentum Romæ Episcoporum.**

Tertullianus Carthaginensis Presbyter, qui circa annum CHRISTI 200; & Hieronymus (quæ Pontificis) licet invitum galero donant ornantq; Cardinalitio, qui docuit post annum CHRISTI 370: hi duo vaticinium Johannis de Babylone palam & expresse de Româ interpretantur. *Gregorius ille, de quo antiqui non verebatur aperte pronunciare, cum esse Antichristi præcursum, qui patetur se appellari Universalem & Summum Episcopum.* At hunc sibi titulum tunc usurpabat Constantinopolitanus Præfus, hoc pacto præcurrens Romanis Pontificibus. Sic enim in epistola 35. ad Joannem Episcopum Constantinopolitanum: *Omnia (ait) que predicta sunt, sunt. Rex superbie (Antichristus) proprius est;* & quod dicit nefas, Sacerdotum ei preparatur exercitus: quia cervice militant elationis, qui positi fuerant, ut ducatur, preberent humilitatis. *hæc ipse Gregorius Pontifex scripsit ante annos jam propè mille quadraginta.* Ita titulus ~~Universalis~~ five, *Summus*, in medio adhuc positus, paulo post venalis factus est, satis commode emtore reperto. *Bonifacio II (cujus item supradictio facta fuit) qui majori impudentia non solum aliis hunc titulum competere negavit, quod fecerat Gregorius; sed eundem sibi constanter arrogavit.* Arnulphus Episcopus Aurelianensis ante annos 600 & amplius, in Concilio Remensi palam de Romano Pontifice loquens, in hæc tandem erumpit verba; *Quid hunc in sublimi solio residentem, vesti pur-*

D E D I C A T O R I A.

pari & aurea radiantem, quid hunc (inquit) esse censetis? Num trum si charitate destituitur, sedique scientia inflatur & extollitur. Antichristus est, in templo DEI sedens & se ostentans, quasi sit DEUS. Si autem nec charitate fundatur, nec scientia erigitur, in templo DEI tanquam idolum est. Bernhardus Abbas Clarevallensis ante 500 annos ita in Papam, in Episcopos & in Clerum sui temporis invectus est, ut si quis hodie verbis ejusdem utatur, haereticissimus jure dicatur. Cum tamen, omnia nunc sint, quam Bernhardi temporibus erant, corruptiora. Eberhardus Salisburgensis Archiepiscopus in Concilio principum & Episcoporum, quod circa annum CHRISTI 1240 Reginoburgi cogebatur propter Romanorum Pontificum tyrannidem, Imperatorem Fridericum II. gravissime oppugnat. exurgens in hunc orditur modum: *Sub Pontifice Max. titulo, Pastorū pelle, lupum ferociissimum, nisi caci sumus, sentimus. Romani Pontifices arma in omnes habent Christianos, avendo, fallendo, & bella ex bellâ ferendo, magni facti oves trucidant: pacem, concordiam terris depellunt, intestina bella, domesticas seditiones ab inferno elicunt, indies magis atq; magis omnium vires debilitant, ut omnium capitib; insultent, omnes devorent, universos in servitutem redigant. Hildebrandus (inquit) ante annos 170, primus specie religionis Antichristi imperii fundamenta jecit: hic bellum nefandum, primus avispicatus est, quod per successores huncq; continuatur.* Et mox: Pontifices Babylonii soli regnare cupiunt, ferre pacem non possunt. Credite experto: non cessabunt, donec Imperatore in ordinem redacto, Romani Imperii honore soluto, pastoribus veris oppressis, per hunc morem omnia extinguant, omnia pedibus suis conculcent, atque in templo

P R A E F A T I O

DEI sedant, extollanturq; super omne id quod coluntur. *Qui*
 Servi servorum est, Dominus dominorum perinde ac si Deus
 esset, esse cupit: nova consilia sub petore voluntat, ut proprium
 sibi constitutas Imperium: leges commutat, suas sanctas templa,
 minas diripit, populat, fraudat, occidit, perditum ille homo, quem
 ANTICRISTUM vocare solent, in cuius fronte contumeliane.
 mens scriptū est: *D E U S sum, errare non possum.* In templo DEI
 sedet, longè latet, dominatur. Et paulo post: *Romani ma-*
iestas populi, quia olim Orbis regebatur, sublata est de terra;
Regnum multiplicatum, summa rerum potestas per plures
dissipa ta, conscientia, minuta, ne dicam dilacerata est. Imperator
 vana appellatio & sola umbra est. Et reliqua, quæ legere
 est in 7 lib. Annal. Aventini, quæ anno Domini 1554
 Imperatorio privilegio Ingolstadtii impressa sunt.
 Franciscus Petrarcha vir doctissimus & immortalis
 laude dignus (qui ob eloquentiam Romæ in Capito-
 lio corona Poëticā donatus est, anno Domini 1339)
 in Sedem curiamq; , in ipsum Pontificem acerbissima
 scripta edidit. In Epistola 20. appellat *Pape Curiam*,
 & *Babylonem* & *Meretricem Babyloniam*, super aquas
 sedentem, matrem omnium idololatriarum & scortationum.
 Extat etiam liber doctus Marsilius Patavini pro Ludo-
 vico I V. Imperatore contra Pontificem, in quo ac-
 cernim in Romanum Pontificem & leges ejus inve-
 hitur, ante annos 250, Papa tunc Gregorio XI. qui se-
 dem Pontificiam (quæ per integrōs septuaginta an-
 nos Avenioni in Gallia fuerat, transferente Clemente
 V. anno 1305) reduxit Romam. Eodem seculo floruit
 Michael Cesena, Generalis Minoritarum, qui palam
 accusavit Pontificem ut Antichristum, Romanam Sedem &
 Ecclesiam, ut *Babyloniam meretricem Sanctorum sanguinem*.

HIST.

D E D I C A T O R I A.

Hieronymus Savonarola Ferrarensis, vir Christia-
 nis moribus & optimis literis ornatisimus (quam ei-
 lavdem tribuit Scriptor Pontificius, Pavlus Jovius in
 Elogiis Doctorum virorum) ex ordine Dominicanorum, magna libertate per Italiam prædicavit *Papam esse*
Antichristum: quamobrem Florentiæ ab Alexandro
 VI. quem acerbè suggillarat, tanquam reus majeita-
 tis (ut Jovius ait) in medio foro miserabiliter stran-
 galatus & combustus est. Thomas Rhedonius Carmeli-
 ta Gallus, circa annum 1430 in ducatu Britannia na-
 tus, celebris concionator per Italiam & Galliam, soli-
 tas erat dicere ac docere, *Rome magnas abominationes*
fieri, Ecclesiæ magnâ reformatione indigere. Prelatos deposito
sæsi & luxu modestius debere vivere, & injustas Pape ex-
crationes non esse timendas. Propter quas gravissimas hæ-
 res, & in Papatum blasphemias, curavit cum Pont.
 Evgenius IV. Romæ, anno 1436. exurendum. Lauren-
 sius etiam Valla patritius ante annos 120, sese Romano
 Pontifici objecit, & Romanam Babylonem illam appella-
 vit: quapropter in exilium actus est; sed à Rege
 Neapolitano honorifice exceptus. Quid? quod Val-
 dentes ante 400 annos in Gallia, Italia, Germania,
 Bohemia, Polonia, & in aliis per Mundum regioni-
 bus Evangelium CHRISTI proficiens, Romanum
 Pontificem scriptis plurimis & prædicationibus per-
 petuis accusarunt cœv verum *Antichristum*, à Johanne
 prædictum, & summopere fugiendum?

LUTHERI nostri recentior memoria est, qui ipso
 centesimo post illum Bohemicum anterem ait: anno
 anno, tanquam Cygnus canorus à D E O excutatus,
 Papæ indulgentias primū, mox universas Romanæ

B 3 Eccle-

P R A E F A T I O

Ecclesiæ abominationes (quas Jovius molli nomine ceremonias vocat) oppugnavit. Sic enim lib. 4 de virtute Leonis Papæ Jovius ille: *Lutherus (inquit) ex regnissimâ sectâ fraterculus malefici vehementijs est, exulgatus papam sui dogmatis libellis, religionem uechert. unde illi Hæresarchæ cognomen partum, non ambigui fortassis turbatis veteribus ceremoniis, incubusset. hæc ille, non disimulans ipsius, cuius vitam scribit, Pontificis turpitudinem. Lutherus ergo noster magna partebat Romanæ & avitæ mores castigavit, ipsum Romanum Pontificem probavit esse Antichristum, & Ecclesiæ horribiles errores ac superstitiones in lucem prostravit, Divini Verbi lampade lustravit & expurgavit.* Unde lux Evangelii non modò in Germania, sed etiam in aliis regnis & regionibus accensa est. Ac licet eum Leo excommunicasset, Hadrianus VI. extremitate odisset, Clemens VII. inclemensissimus, denique Paulus III. infensisissimus ei esset; nihil potuerat tamen, nec omni sui odio, omnibus bullis & proscriptionibus suis consecuti sunt aliud, quam ut veros scilicet Antichristos & juratos Veritatis hostes magis magisque probarent: ipsum vero Lutherum Divino munum praedium evertere, aye è medio tollere non potuerent.

Ex quibus omnibus (ut pluribus commemorandis supersedeam) fatis superque conitat, & verum & minimè novum hoc esse effatum, Q V O D R O M A N U S P O N T I F E X S I T A N T I C H R I S T U S: idque in os ei sepius dictum, tempore Orbis

D E D I C A T O R I A.

Orbi à plus mille jam annis nouissimum. Prætereaq; nomen ejus proprium inter manus atque ora mortaliū omnium versatissimum, semper fuit. hoc unum taliter desideratum, quod numerus ejus nominis non perinde fuit observatus, quem S. Johannes in Apocalypsi prædixerat fore 666. Apocal. 13 v. ult. Cujus tamē rei quum sepiissime ab aliis, cūm veteribus tūm recentioribus viris doctis factum esse periculum viderem, coepi quondam & ipse ante triginta annos juvenis huic oratione aliquid otii, quodā laboribus scholasticis fortem supererat, impendere: occasione mihi præbita tunc à Reverendissimo Clarissimo Viro D FRIDERICO RUNGIO p.m. Superintendente Pomeraniæ citerioris, Theologiq; Doctore ac Profess. in Academia Gryphisvaldensi, nec non Patatore Ecclesiæ ibidem Nicolaitanæ fideliss. meritissimoq; Hospite & amico meo zeternum colendo: qui de suâ Bibliothecâ, quam habebat in structissimam, mihi gratificatus est libris, quoescunque vellem, usui meo concedendis. Nactus itaque libros Controversiarum à Jesuitarum nostræ zeterni facile principe editos, & propter ipsam novitatem, ac terrifici nominis Roberti Bellarmini celebritatem maximè gratos, evolvi legique, miratus tantam lectionis Avtorum & rerum cognitionis in uno homine varietatem, tantam in crassissimis plenisque opinionum erroribus ita moliter ac subtiliter tractandis ac defensandis, singulis pinguisq; soleritatem. In primis me (nescio quomodo) delectavit in tomo primo lectio librorum 5. de Pontifice Romano, in quo rū lib. 3. de Antichristo Jesuita tractans, iuu Pontificem istius

P R E F A T I O

istius nominis invidiā ita liberat, ut dicat nomen,
eius hactenus datum esse nullum, quod Antichristi le-
ges conditionesq; expletat. Itaq; cum paulo diligen-
tiū in timore D O M I N I huic cogitationi incumbet,
modò in hoc, modò in alio numeros illos A-
pocalypticos deprehendit, non tamen satis com-
modo vocabulo: tandem recurri ad usitatissimam il-
lam Pontificis Romani nomenclaturam, qva vulgo
audire gestit *Vicarius Christi*. Hic ubi pro po-
fessione (Matth.16. v.16.) per Appositionem illi con-
jungit, hujusmodi ēymbolum nominis Antichristi
enatum est: **VICARIUS FILII DEI**, in
quo statim se offerebat numerus ille mysticus, cui
quadrare videbantur omnes istius Nomini leges &
conditiones. Itaque pro vero proprioq; Romani An-
tichristi nomine id, tanquam divinitus oblatum, ha-
b ea rem conjecti in brevem duorum saltum quaternio-
voluntate & iusatu D. Superintendentis Rungi typis
mandatam clarissimo Theologo & Historico D. D.
vidi Chytrae veteri meo Præceptorri gratitudinis ergo
inscripsi: qui qvidem acceptum sibi fuisse munusculum
meum testatus est honestissimo *Antropon* Operis suhi
istorici, quod inscribitur **S A X O N I A**, qva non modo
Saxoniz res, sed per totum penē Orbem superiori
centenario gestas, ab eo nempe tempore, quo Alber-
tus Crantzus finem fecerat, exorsus persequitur.
Idem pluribus ad me judicium hic de re suum per-
scripturus, morte placidissima præobdormivit ipso

anno

D E D I C A T O R I A

anno 1600, mense Junio. Octennio pōst cundem-
natum paulo locupletiorem subjecere placuit cen-
sere Facultatis Theologicæ in Acad. Rostochiensi:
qz non modò approbavit meum studium, sed etiam
publicè communicandum aliis censuit. Transmisit de-
ni Viæbergam ad amicum qvendam meum, cujus
nunc in benedictione memoria: qvi meo nomine scri-
psit illud Decano Fac. Theologicæ (qui tunc erat
Rev. & CL. D. Johan. Foriterus) exhibuit, subscri-
ptioneq; Theologorum approbatum excudi curavit,
sine ullo dedicationis apparatu: qvippe cum nihil inde
michi vel gloriæ vel lucri qværem: pacissimis etiam
exemplaribus ad me redeunribus, qz amicis hinc in-
de donata sunt, annis abhinc octodecim. Interim
Gryphisvaldiā Berolinum vocatus, ubi Gymnasio
scholastico præfui ad triennium: inde Rostochium,
ubi professione Poëeos functus, ad unum atq; alte-
rum annū: porrò ab Academī sterili cathedra ad hāc
trivialis Lycæi umbram, vocante amplissimo Reipub.
hejus Senatu, reversus sum, ubi jam tertium & deci-
mum annum juventui Scholasticæ regendæ & eru-
diendæ servio. Hic verò qvicq; fuit horarum suc-
cisiivarum, sc̄r̄ tribui studio rei Chronologicæ, qvam
per D e i gratiam sic absolvī, ut contra omnes hodie
Chronologos (quod circa invidiam & arrogantiam
dixerim) obtinere atq; evincere possim Ære nostræ
Christianæ, qvam illi cum Astronomis vellicant, &
variis modis corrumpunt, veritatem atq; evidentem
certitudinem: verissimā etiam Mundi Epochā ex Sa-
cris literis erat, & in lucem productā. Intercaloci per
hunc jam trisenarium annorum decasum feruntur, &

velut inferie huic meo fuerunt Antichristo, manibus
ejus tanquam facto silentii libo placatis. Nec faci-
lē hunc ei cippum novæ editionis parasse, nisi
presentis me ratio temporis quodammodo admo-
nuisset. Compertum est enim, quo pacto Stygius ille,
et pacis instaurandæ prætextu hoc unum studeat,
agatque, ut eos, qui dudum egressi sunt e Babylone,
populos, rursus sub antiquum & iniquum servitutis
Antichristicæ jugum redigat: suisq; purgatoriis, mis-
sificationibus, unctionibus, aspersionibus, indulgen-
tiis olidissimis, omnia denuò (sit dicto ventia) pecca-
tum. Qvod etsi nonnullis in locis, Deo id in peccatum
nostræ ingratitudinis & contemni Verbi sui per-
mittente, effectum ille jam dedit: tamen est, qvod Di-
vinæ benignitati ac providentiae paternæ gratias aga-
mus immortales, qvæ prohibuit, qvò minus adhuc
nec in S.V.R.M^m nec vicino Danie regno, nec in hac,
alijsq; Imperii Romani provinciis & rebus publicis
potitus fuerit, aut unquam (ut speramus & vovemus)
hac rerum stante machina, aut saltem hac hominum
ætate potitus sit Antichristus iste.

Quantum verò in hac qvæstione de Antichristo
ejusque nomine momentū sit positum, vel hinc colligi
poteat: qvod Bellarminus laborans Ecclesiæ Catholi-
cæ sev Romanæ opem latus, in vasto suo Disputa-
tionum opere, quatuor tomis distincto nullam diligen-
tiū copiosiusq; tractandam sibi duxit, neq; majorem
aut instructiōrem ullam dedit eā, qua Summi Pontifi-
catus institutio & auctoritas asseritur ac defenditur;
ut ipse dixerit facetur in dedicatoriā suā ad Sextum V.
Ponti-

Pontificem Max. epistola. Itaque post CHRISTUM
recte collocans Antichristum, tertiam Controversiam
generalem de Summo Pontifice quinq; libris explica-
tam dedit: qvorum Tertius habet qvidem Epigraphen
de Summo Pontifice, sed totus consummatur in qvæ
tionibus de Antichristo, ejusq; proprietatibus & ve-
ro Nominis: qvod sicubi datum fuerit, continuò tan-
quam re contexta, controværsia omnis merito con-
tinebatur debet.

Atq; ut est in ANTICHRISTI nomine mysterium,
qvod in fronte Meretricis Babylonica scriptum esse
dicit S. Johannes Apocal. 17. ita in ipsa Mysteriū voce
aliquid inest mysticum, non facile à qvæqvæ antehac
oblatum. Vulgus qvidem Grammaticorum & Lexi-
cographi flexile putant μυστήρια verbo μύση, qvod est
sacerdotiū inuidare & instruere, atque eodem referunt
μύσης, id est, sacerdotiū operatus, mysteriorum tractando-
rum peritus: Verum neutrum potuit derivari à μύση:
sed posterius qvidem à μύση vel μύση, qvorum illud est
claudio, comprimo oculos, nicto; hoc verò multo
sev multissimo, uti conservunt sacerdotiū. At MYSTE-
RIU M revera oritur ab Hebreo Μήλλα, id est, se-
cretum, arcanum, latibulum, a radice Σαταν, qvod
est latere, abscondere se. Hinc & Satyri dicti ab oc-
culando, & SATURNVS, qvem Varro Roma-
norum doctissimus purabat ab annorum saturitate
dictum: eo qvod e Cretā pulsus in Italia latuisse: unde & Latinum dicta fuit Italia, eademq; Saturnia de nomi-
ne Saturni, cui illa est credita sacra, qvod, multorum bo-
norum auctor Italisch hominibus Saturnus extitisset. Pro-
priea qvondam in Latio Saturnus hoc sacrificii genere

cultus esse scribitur, ut homo non quidem ad aram
immolaretur, sed ut in Tyberim de Porte Milvio mitti-
etur. Qvod sacrificii genus postea ab ab Hercule,
ex Hispania reverso ferior esse abrogatum; ritu tamen
permanente, ut pro veris hominibus imagines jaceren-
tur ex scirpo. ut habet D. Peccerus de Divin, p. 371.
Ita arcano Divinæ dispositionis fato contigit, ut in eo
christus sessum caperet, ac de Sedis ipsa appellatione
agnoscatur *Latalis* iste Ecclesiæ *Saturnus*. Sane Sa-
turnum, ajunt Poëtae, qvondam fuisse ligatum, atque
in Tarrara decruxum. Cui fabule locum dederant,
multæ tergiversationes & varietates, qvæ contingunt
hujus Planetæ motui. Idem cum non facilis sit visus
mortaliū, dictus fuit aliquando sub terram in Tar-
tarum dejectus, ob tarditatem varietatemq; motū.
Sed hic *Saturnus* tantum abest, ut teneri se auctullā le-
ge ligari vel astringi patiatur, ut ipse potius omnes
unus liget, ac fulmine excommunicationis, qvoscunq;
velit, feriens tantum non penitus Stygio demittat.
Averno.

Tractatum autem hunc Nominis Antichristici, à
totis jam triginta annis illibatum, atque ut à eis
qvam patrocinio, ita ab omni adversariâ vel oppu-
gnatione Jesuiticâ liberum, ac velut in secretis ha-
bitum, tertiahac editionis vice recentatum S. Reg. &
V. Maj. consecratum dedicatumq; volui, gravissi-
mis justissimisq; de causis, cùm qvod S.R.V. Majeitas
veram de D E O C H R I S T O q; J E S U doctrinam, ex
scriptis Propheticis & Apostolicis extuctam, rejectis
Papalibus leotris & traditionum nœnisi, serio am-
plieati-

scitur atque tuerit, ad exemplum laudatissimo-
rum Avi G V S T A V I & Patriis CAROLI, Regum
de Ecclesiâ CHRISTI & Patriâ suâ admodum præ-
claræ meritorum: tūm verò maxime propter operam
clementissimæ opis ac subsiditâ S. R. V. M^{er} Republicæ
pedre afflictissimæ navarum, in vindicandis hostium,
qvibus oppressum ibat, armis. Pro qvo beneficio
remaximo, tantas S.R.V M^{er} gratias debere nos fa-
temur omnes, qvantas animo nostro concipere pos-
sumus maximas. Qvocirca meum qvoque esse duxi,
ut summam meam erga S.R. V. M^{er} observantiam &
gratitudinem aliquo specimine testatam facerem, atq;
S.R.V. M^{er} in has oras adventui per D E I gratiam fe-
lici & incolumi hoc veluti Xeniolo quodam gratu-
lare. Neq; dubito, qvin S.R. V. M. pro insigni suâ in-
literatos omnes (Ipsa bonis literis cultissima) bene-
volentiâ & liberali affectione, hoc studium meum
& laborem, in D E I honorem & S. Ecclesiæ Christia-
ne utilitatem suscepimus, gratiosissime probatur;
& cùm me, tūm Scholam & Rempub. nostram regio
favore deinceps prosequutura sit. D E U S & Pater
Domini nostri J E S U C H R I S T I S.R.V.M^{er} qvam
diutissime sanam & incoludem servet, ac in cœlestis
Veritatis agnitione confessioneq; conservet, Spiritu
suo sancto regat, omnes vias, consilia, actiones & in-
stituta prosperet; eaque ad Divini sui nominis glo-
riam, Ecclesiæ C H R I S T I incrementum, Antichri-
sti decrementum, publicum denique humani generis
emolumentum, patriæ decus & ornamenti clemen-
tissimè dirigat. Regiam etiam domum Vestram
cum Illustrissimâ Conjuge ac Sobole, ad supremam

P R A E F A T . D E D I C A T .

usque diem propagandā, omni benedictione spirituali
juxta & corporali ornet augeatque cunctatissimè.
STRALSUND 1, ex cœnobio Cathariniano, Anno
Æra Christianæ certissimæ 1630. die 25. Junii, se-
cundum veterem Kalendarii Cæsariani itulum: ex a-
ctis jam centum annis ab Augustanâ Confessione,
Imperatori CAROLO Quinto in Comitius reddi-
tā, publicèque recitatā. Estq; hic verus Mundi annus
currēns 5466: excurrentibus hodie supra 5465
annos diebus 280. in universum pera-
ctis jam Sæculi diebus

1996371.

S. R. Mts Vre

humilis Servitor

M. Andreas Helvigius.

• 65 •

DECA-

DECANVS ET RELI-
QUI PROFESSORES ET
DOCTORES FACULTATIS THEO-
logicæ in Academia Ro-
stochiensi,

S.

Q uod seriūs quam par erat ad litteras tuas
respondeamus, Vir clarissimè, veniam pro
humanitate tua nobis dabis, qvos ignorare
minime potes, officii ratione variis nego-
tiis, laboribus & molestiis ita quotidiē distrahi, & tan-
cum non interdum obrui, ut, prout debemus, & velle-
mus etiam, omnibus omnia facere, suo loco, & tempo-
re, vix iussicimus. Tractatum tuum de nomine An-
nichruli, ante octennium præterpropriet excusum ple-
nique jam ante vidimus & legimus, & studium & iudici-
um tuum, prout debuimus, meritò omnes approba-
vimus. Tractatum illum sub incudem revocatum,
& adjunctis ejusdem argumenti non pœniciendis
auctariis pleniorē & perfectiōrem jam reddi-
tum, nostræ censuræ & judicio submittere tibi vi-
sum est, & nostri quasi arbitrii facere, ut vel de-
nuò publici juris fiat, & clarioriem, quam ante, lu-
cem videat, vel perpetuō prematur. Agnoscimus tuum
in nos amorem & observantiam, qvibus nos tibi
vicis


viciissim devincentes & obligatos esse libenter confir-
mur. Jam ad Tractatum illum tuum quod spectat,
honestissime voluntatis & petitioni tuae perluben-
ter paruimus, & illum singuli, qua parest diligentia
in timore Dei perlegimus & expendimus, & judica-
mus Sacrum illud Problema à te exactè & feliciter
tractatum esse, tq; illius hominis peccati, & filii per-
ditionis, & Bestie illius Septicollis urbi incumbantis
nomen, & numerum nominis divinitutis, non minus
verè, quam ingeniosè tix aeuo eius invenisse, aut pro-
rum, quos quidem nos viderimus. studia & conatus
non obscure superasse; coque nomine ab universa
Dei Ecclesia gratias tibi deberi. Potrò ad publicatio-
nem ejus quod attinet, arbitramur, illam cum multo-
rum pitorum fructu & utilitate fieri recte posse, imo
etiam debere: Cum omnium CHRISTI fidelium vel
maximè inter sit, illius Principis mundi vicarii pa-
catus paucodeluxte, qui se FILII DEI VICARIUM men-
titur, nomen & iniquitatis mysterium nōesse, caveremus
& odissē. Cujus bestiae odio nos & omnes bonos tecum
impleat Deus, & amore sui. Benè & feliciter in
Christo IESU Vale. Rostochii 10, die Decembris,
Anno 1602.

Clarissimo Viro Dn. An-
drea Helwigio &c.

Z
DEMONSTRATIO

Nominis Antichristici, cuj ve-
rè competit numerus ille mysticus in
Apocal. cap. 13. versu ultimo.

ΔΦΟΡΜΗ ΖΗΤΗΣΕΩΣ.



ERARDUA ET MA-
gni momenti Questio est in
Ecclesia Christi, de An-
tichristo: Veneritis, nec
ne; &, si venit iam,
quodnam verum ejus sit
ac genuinum nomen, à
S. Johanne in Apocaly-
psi præfiguratum, cui in-
fit ille ibidem annoratus
numerus triplicis sena-
tri, 666.

Sane Vulcanus ille Romani Iesus Robertus in quintuplici
fui commentarii de Rom. Pontifice libro tertio, qui rotus in di-
sputatione de Antichristo consumitur, capite 10. varius in me-
diumpropositio Ecclesie Doctorum ea de re sententia, neg. sati-
c
808

convenientibus iis, tandem concludit pro salvando suo Pontifice: Verissimam esse sententiam eorum, qui ignorantiam suam falsi dicant, adhuc ignorari nomen Antichristi: quod tamen olim futurum sit notissimum, ubi ille probandum, Rom. num Pontificem non esse Antichristum, ad cogit, ipsum Antichristum nondum venisse. Nam si (inquit) Antichristus venisset, atque is esset Rom. Pontifex, consilaret de nomine ejus, a Johanne predicto.

ΠΡΟΒΑΝΙΑ.

SED quid, si dicamus: jam dudum constare de ipso ipsius Antichristi nomine, quod justis suis absolvatur numeris & conditionibus?

ΤΟ ΔΙΔΟΜΕΝΟΝ.

Principio quidem, Antichristum cum ipsum, sicut nomen ejus aliquod esse, quo numerus iste (666) rite continetur, ipsi Logio, & in universum Pontificis omnes prolixè concedunt, ut enim Bellarminus predicto capite: Farentur (inquit) omnes, pertinere omnino ad Antichristum verba illa Iohannis, Apoc. 13. v. 16. Et faciet omnes pusillos cum majoribus, &c. usq; ad finem capitū. Et paulo post: Iohannes dicit, se loqui de numero nominis bestiæ. Atq; ibidē ultricescessarum se innuit, Antichristum & jam existere, & cum esse Pont. Romanum, siquidem ejus nomen genuinum exhiberi posset: quando dicit, argumentum hinc insolubile duci, ad negandam Antichristi presentiam, atque Pontificem Rom. et nomine levandum: quia scilicet nondum constet de nomine quod a Johanne predicto, sed in maximā adhuc ea res versetur controversia. Lices autem ipse cum omnium Romanensium dicit:

rum apóstolorum catervā desperat nominis hujus Antichristici inventionem: tamen alius (si qui forte sint in CHRISTI plebe) iuxtaist̄ soli ejus indagationem interdicere minimè ausit Bellarminus; quippe qui & Irenei & aliorum, tam recentiorum quam veterum, in hoc genere conatum subsapprobat.

ΤΟ ΖΗΤΟΜΕΝΟΝ.

AT verò non queritur tale nomen, qualia vel sexcenta, partim ex Patrum aliorumq; Doctorum variis commentationibus adduci, partim nova inventione cuiusvis expromi coacervariq; possent: Verūm hujusmodi aliquod requiritur, quo non tantum continetur exactè numerus iste fatalis; sed quod nec vagum, nec ambiguum sit: tūm autem non ab adversariis inventum atque impositum Antichristos; sed quod ipse sibi propriā autoritate usurpet publice, & in quo glorietur adeò, ut jubeat inscribi tanquam in frontibus hominum. Has namq; conditiones ejus nominis meritò requirit, & ex Johanne Theologo urget cum Ruperto Jesuita Politianus, loco dicto, lib. 3. cap. 10. columnā 831. editio ms Ingolstadt anno 1601.

ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΔΙΔΟΜΕΝΟΥ.

Ceterūm Antichristos esse plures non ignoramus, quoquo modo CHRISTUM, aut Veritatem Evangelii oppugnantes, 1. Iohan. 2. v. 18. Quin & Turcarum Antecessor & autor Mahomet strenuum se CHRISTI adversarium probat, vi atq; armis fidem religionemq; nostram impetendo & oppugnando, suumq; Mahometismum scelerate propagando propagandoj. Sed iste quidem extra est Ecclesiam; non tam loco, quām professione diversissima perverissimq; religioni. Alioqui scimus in media Thracia, & in ipsa barbari Imperatorū sede Constanti-

nopolis, non minorem (fortasse etiam majorem) esse honorum
Christianorum copiam, quam in media Italia, & in ipsa religio-
ptizatorum myriades, qui non nisi CHRISTUM agnoscere
Ecclesie Catholice caput, quia non nisi CHRISTI sanguine
et merito salvari se credunt, & in ea fide pie defanguntur.
Hic vero quem Antichristum dicimus, quandam ex-
mum CHRISTI hostem intra ipsa Ecclesiae septa
gratianem intelligimus, qui ab Apostolo, 2. Thessal. 2. è an-
ticipatio κατ. ἐργάση appellatur: cuius mysterium iniquitatis infe-
statim primitiva Ecclesiæ tempore agi caput est, non viarmo-
rum; sed fraude & versutia animorum & mentium, virtutis ac
sanctitatis opinione tumentium, bonaq. scilicet intentione quid-
zū in religionis fraudem comminiscientium; Pseudoapostolia
Verbum Dei cauponantibus & immortalis illius Verbi gloriam
paulatim in mortalis politevmatis & imperii similitudinem
transfigurantibus: usq. dum id ita tandem per arrogantiam Epi-
scoporum, primatum ambientium est effectum, ut utriusq.
ubernationis & imperii habenas ac jurisdictionem sibi vendua-
rit ixœv. οἰκονομίες; non ejus tantum, quod per manu-
cessorum suorum operā mutuo traditā sibi proprium reddide-
rat dudum in Ecclesiastica Præpositurā; sed & istius, quod po-
litico magistratu Deus Opt. Max. commendaverat.

ΔΙΟΡΙΣΜΟΣ ΤΟΥ ΖΗΤΟΥΜΕΝΟΥ.

Hujus ergo Antichristi nomen ex prescriptis legibus ubi plu-
auxerimus, nemo non statim intelliget, Antichristi non tam
nomen hactenus suisse ignoratum, quam numerum in eparham
diligerenter observatum. Nempe hoc illud esse, τινος θεοφor-
dam: **VICARIUS FILII DEI.**

ΚΑΤΑ-

ΚΑΤΑΣΚΕΨΗ ΠΡΟΣ ΑΠΟΔΕΙΞΙΝ.

I. Κατασκεψη est inter Christianos, quotquot CHRISTO
positis τῷ αρχιπημένῳ, quādū τῷ αρχιπημόνι Vicario seu τῷ ψευ-
δωπίου Papae nomina sua dederunt; ipsum & Antichristum ve-
nisse, telā prevaricationis istius inde usq. ab Apostolorum
seculo texti cōptā, & deinceps circa annum CHRISTI sex-
centesimum, quum videlicet Casaricida Phocas Pontificem Rom.
Bonifacium III. anno C. 607, Caput omnium Ecclesiarum so-
lenniter appellavit (licet hoc ille primatu non diu gavisus, quum
in Februario caput inter sidera condere cōpisset, mox sub Ar-
tumnum, t. 2. Nov. tanquam pappus & infelix lolium decidit at-
que interiit:) pertextā, in Romanā Babylone, h.e. in ipsā Urbe
& Ecclesiā Romā: unde B. Petrus (quo Antecessore & Ordini-
onis sui autore falso glariantur isti Vicarii) priorem suam epi-
stolā edidisse putatur, ipsis Pontificiis scriptoribus uno ore affir-
mantibus, in primis eo, qui nunc restim ducit, Bellarmin. lib. 2. de
Rom. Pontif. cap. 2. col. 710. Nam etiam Tertullianus Carthagi-
ensis Presbyter, qui vixit ac floruit proximo statim ab Apo-
stolorum tempore seculo, in libro adversus Judaos, "Babylonē in
Apocalypsi, Romā urbis Sanctorum debellatricis regnū, su-
perba figuram portare scripsit. Cui succinens Episcopus ille Ce-
saree in Palestīnā Eusebius (qui Symbolum Nicenum com-
posuisse existimat) exp̄s̄e testatur, Petrum in sua epistola Ro-
mā figuratē Babylonē appellasse. Nec minus Hieronymus mul-
tis in locis Romanā Babylonē purpuratā vocat: ut in scripto de
laudibus Bethlehem ad Marcellam, in primis verò notabilis est
locus in prefatione libri Didymi de S. S. ad Paulinianum, ubi
sic scribit Hieronymus: Quum in Babylone (Europeā videli-
ces, Romā) versarer, & purpuratē meretricis essem co-
lonus, volui gauntire aliquid de Spiritu Sancto, & cœ-
ptum

6
prum opusculum ejusdem Urbis Pontifici dedicare. Et ecce olla illa, qvæ in Hieremias post baculum cernitur à facie Aquilonis, cœpit ardere, & Pharisæorum conclavis Senatus; & nullus scriba vel fictus, id est, ut ego ac-similis Papalibus, quos Hieronymus forte perstrinxerat, calamus stringeret, ac contra eundem scripto se defendere:) sed omnis, qvæsi indistincte sibi prælio doctrinarum, adver-postliminiò Hierosolymam sum reversus, & post Romulicasam & Luporum lupercalia diversorum Maræ & speluncam Salvatoris aspexi.

Eece mi lector, domesticum quodammodo de Romanis Babylone, & Lupis in eis excubantibus, testimonium Viri sancti & Rome optimè versati: quippe qui Damasi Papa scriba aliquando fuit, unde & galero Cardinalitio postea donatum singunt, pingitq; hoc illum ornatu hodie omnis Apelles. Fixu si docuitq; anno CHRISTI 372. & deinceps.

11. Antichristus nullo modo est homo singularis, omni successore carens: quod ex articulo preposito in dictis B. Pauli & Johannis evincere Jesuita conatur; & quasi palmarium repertiss, ita triumphat: Et sanè (inquit) mirum est, nullus adversarius, qui tamen jalicant linguarum pertitiam, hoc animadvertisse. lib. 3. cap. 2. col. 350. Nam quod aut Epiphanius docere, articulos Gracos contrahere significacionem ad unam rem certam, id ipsum vulgares etiam nostri quum teneant Grammatici, aliter nihilominus sepe docet experientia, & sacrarum lectio literarum probat, id discrimina non esse perpetuum. Ex plurimis unum saltum in medium perferam exemplum, quod extat Matth. 18. v. 18. Basilius apud c. 51 inde p. 86, & dicitur. Queso te, nunquid hic ad certam persi-

7
personam & individuum astringitur significatio per articulam? Non censeo evidenter: nisi quis stulte opinetur, de S. Andreæ Petri germano isthic loquutum esse Dominum. Quid si Bellarmino parvum satis hoc facit exemplum, audiat illud, quod ist apud Lucam, cap. 11. v. 18. ē. Cōtataq; i. P. ianuæ diepus. &c. Vbi non de ipso tantum Demoniorum principe Seruator loquitur, sed de roto malorum genitorum gregi. Ita ergo per Antichristum non unum quendam hominem, aut singularem personam; sed peculiarem ordinem, ac singularem thronum, sive sedem apostaticam eorum, qvæ cum summo imperio Ecclesiæ præsidere volunt, intelligimus. Atque huic interpretationi imprudens stipulatur Ecclesiæ, lib. 1. de Primitu Petri contra Luth. cap. 10. quâns ex Juristarum scholâ docet, Successorem & Praecellorem pro eâdem personâ computari; & jura dignitatis, non præcisè personæ collata intelligi. Video, quid fortasse dicturi sint pro Ecclesiæ: Antichristo nullam fore dignitatem, nulla jura data. audio; sed quæsi annon dignitatis id abunde satis videtur, haberi pro Deo? At unde jura illi, à quo collata? Vnde? nisi ab inferni, ubi regnat Lucifer, omnis autor superbia & illegitimi dominatus. Sed jura isthac (inquit) sunt injuria. Sint, quod possunt; modo ipsi sint vel quasi jura. Et quid multis? audiunt Cætetanum suum, domesticum testem, & incorruptum fori sui arbitrum. Is ergo super caput secundum prime Iohannis ita statuit, ac liberè pronunciat: delirare ac sponte errare, eos, qvæ unum eortum hominem futurum credant Antichristum: quum Paulus 2. Thessal. 2. scripsit, apostasian venturam, & ejus caput Antichristum futurum. Si quidem Apostasia est (inquit) generalis quæ-

quædam defectio à fide: quæ qvidem unum corpus & unum regnum facit, & non est paucorum annorum ut sub uno Rege compleri possit. Hac Cajetanus; que leguntur apud ipsum & Zurbet & Bellarminum, lib. 3. de Rom. Pont. cap. 2. col. 849.

Interim non magis in se divisum est regnum Antichristi, quam Satana: manerū id, quod pertinet; unum scilicet in individuo semper esse, illum & regnare Antichristum, si, ve regni Pontificii caput. Cedo namq. annon unius subinde numero est Papa? Certe nisi quando pluribus competitoribus atq. successoribus Antichristica illa dignitas (ut sic loquar) monstrata, atq. sub triplici corona & toru plici capite deformatur. Id quod factum est anno Christi 1045. quem sedes Pontificie trieps facta est per Sylvesterum, Benedictum & Gregorium VI. qvilibet horum certam sedem Roma occupante: Sylvestro ad D. Petrum, Benedicto ad Mariam majorem, & Gregorio ad Lateranum: tib. & Sionario & Platina, nec non anno 1409. & circiter: ab aliis simul erant, qui Pontifices haberi possulabant, nemp; Gregorius XII. Benedictus XIII. & Johannes XXIII; nec facile poterat judicari, quis eorum verus ac legitimus esset Pontifex, quum non decesserit singulis doctissimi Patr. & sacerdente ipso Bellarmino lib. 4. de P. R. c. 13. col. 1023. Desinant ergo clamare ac nugas citetur instare profanatores isti benedicti nominis. Iesu, unum solummodo fore in persona Antichristum; quo extincto nullus Cathedrae pestilentialia successor futurus sit. Quasi non durare debeat Antichristus, donec in Ecclesiâ hac militante CHRISTUS (cui is opponitur) praesciat, & in medio suorum inimicorum dominabitur, hoc est, ad ipsam extremi dies punctum. Opus itaq. ille habebit instantanea per Successores, eundem locum vicemq. tuentes. Si quidem perpetuas vivere (quod CHRISTO proprium est)

iups. tñs àπωδειας in individuo non potest. Nec sequitur: quam Virtus atq. bonum simplex sit & uniforme, ipsum etiam virtutum unius esse tantum modi. Arist. 10 Eth. Nicom. lib. 2. c. 6.

Quocirca delirare ac sponte errare deprehenditur ipse Bellarminus, quando sic scribit libro 3. de Antichristo cap. 2. Catholici omnes ita sentiunt, fore Antichristum unum, quendam hominem: a Hæretici, Antichristum propriè dictum non esse singularem personam, sed singularem thronum seu regnum tyrannicum, ac sedem Apostolicam eorum, qui Ecclesia præsident. Nam Cajetanus ille profecto Catholicus erat, & tamen non ita sentit, ut Bellarminus sentire ait Catholicos omnes. At vero unum certum quædam hominem fore Antichristum Bellar. probare nititur ex Johan. 5. v. 43. Ego veni in nomine Patris mei, & non recipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum recipieris. Hic (inquit) Dominus opponit sibi alium hominem, hoc est, personæ personam, non regnum regno, neq; sectam, sectæ. Respond. DOMINUM non hic præcisè loqui de solo, & propriè dicto Antichristo (atq; fortè additus esset articulus: iav. 5. 22. & iby. si alter ille venerit:) sedin genere de omnibus Pseudoprophetis seu fassis doctoribus, qui suum, non DEI negotium agant, proprie servientes glorie & commodis. Atq; ita consequenter saltē de Antichristo loquuntur Dominus; quem admodū Luca ii. v. 24. dicit: ἐν τῷ ἀνέβαστο μέγα ἡλιόδοντα ἀρχόντες quando immundus spiritus exierit ab homine, &c. hic non designatur certum aliquod vel mali spiritus, vel hominis (puta Iudea Iscariotes) in dividuum seu personas; sed de qvilibet cuncto sermo est, nec tamen Judas excludatur. Eō minus id luci CHRISTUS per alios & cœcur intelligi vult solum sibi oppositum Antichristum. Deinde pergit Iesus: CHRISTUS hic dicit, Antichristum à Judæis recipiendum. Ecce enim sal-

falsi? Nam ubi hoc CHRISTUS dicit? Nulla usq[ue] sit Antichristus mentio, q[ua]rum sic verba habeant: *Quia adhuc non est regnus tuus sed regnum patris tuus et tu venies in gloriam eius.* id est, Si alius venerit in nomine meo, illum recipietis. Nulla item hic Iudeorum mentio. Verum ad Iudeos verba fiunt! R. Multa dicuntur Iudei, quae tamen ad alios ex aquo perrident, ad totam videlicet Ecclesiastis, ex Iudeis & gentibus collecta. Quae vobis dico, omnibus stat autem Iudeos unum certum & singularem hominem expectare. R. Deliras o bone, Nam Iudeos constat expectare alium Messiam seu CHRISTUM, non expectare Antichristum. Futilis igitur ista collectio: Iudei certum & singularem hominem expectant; Ergo Antichristum expectant, quicquid & singularis sit homo. Falsissimum enim, Iudeos expectare Antichristum, contraria eundem expectare Pontificios, verisimum. Videlicet Lector, quam sycophantice agat Jesuita, dum id quod Catholicoromanum est, in miseros Iudeos translatum, cupit. deniq[ue], nulla est consequentia a Iudeorum testimonia ad rei veritatem. Constat enim Iudeos vehementer falli in eo, quod expectant. Nam & Pharisei atq[ue] Sadducei expetebant signum de celo; sed CHRISTUS negavit eum datum iri signum, prater id quod jam olim datum sit, Matth. 16. v. 1. 4.

mino Paschali, eiusq; successoribus. Arrigite avres pontifices omnes. Imperator enim pius, cui merito vos accepta resseru debetis, & credere omnia, Vos dixit Vicarios B. PETRI, non dixit Vicarios CHRISTI: nisi Petrum & CHRISTVM pro eadem persona reputetis: nihil addo amplius. Vos videritis olim, quid respondebitis coram tribunale CHRISTI (que verba sunt Gregorii I. ad Johannem Constantiopolitanum) cuius verba sunt & manus tam arroganter usurpaveritis. Nam Petri quidem trimonium, cuius tuendi vos constitutos esse velit Vicarios: nisi quod falso ei, ad querendum vestra pretextum avaritia tri- buitis, & sub Petri nomine vestris servitis commode, Mammo- nitus ignorat, quum vosmetipso nuncupatis, & hoc nomine Antichristos vos esse palam ostenditis. Testabatur hoc satis a perto ore Rupertus Episcopus Lyconiensis, anno 1250, quomodo ait: Cum principale opus CHRISTI, propriet quod ipse venit in Mundum, sit animarum vivificatio: & Sa- tanæ opus proprium, & maximè ab eo inventum, uti- ficiatio: ipsi Pastores personam JESVCHRISTI in- duti, Verbum Dei non annunciantes, et si non super- adderent malitias alias, sunt ANTICHRISTI, & Sata- nas transfiguratus in Angelum lucis, fures & latrones, mactatores ovium & perditores, facientes domum orationis speluncam latronum. Citat hec ex Johanne pag. 494.

Ac ne quid de Constantino Magno suspiceris; nomen id Pontificis nec dedit ille, nec dare potuit. Urbem Romanam & alia id ge-

id genus dare potuit; Vicariatum CHRISTI dare non potuit.

2. Pater audire vult Ecclesiam, immo Pater Patrum: quum nemo sit nobis in terra Pater vocandus quia unus est Pater noster & cœtus regnavit, Matth. cap. 23. vers. 9. Ephes. cap. 4. vers. 6.

3. Dicitur Summus Sacerdos & Christianorum Pon- tifex: quum unius sit noster Pontifex Summus; Ebr. cap. 3. v. 1. & 4. v. 14. & c. 5. v. 6. & c. 8. v. 1. &c.

Aaron quidem (eiusq; posteri Successores) in Veteri Testa- mento Iudeorum erat Pontifex & Summus Sacerdos, in ty- pum & figuram venientis olim CHRISTI. Venit is, omnesq; Summi Sacerdotis partes explevit, jam ante annos mille sex- centos. Nihilominus Hannas & Caiphas pergebant esse per- sonati Summi Sacerdotes, CHRISTUM nihil attendentes: qui- bus usq; hodie succedunt pro auctoritate, vel invitis omnibus Christianis, Summi isti Pontifices & Sacerdotes inutiles.

Quibus suam testatus est atq; exposuit genesis Johannes Saresburiensis & Episcopus Carnotensis, qui vixit anno 1100. Is in suo Polycratio sic scribit: Sedent in Ecclesia Romana, Scribæ & Pharisei, ponentes onera importabilia in- humeros hominum. Pontifex magnus, omnibus gravis, ac penè intolerabilis est. Ita debacchantur ejus Legati, ac si ad Ecclesiam flagellandam egressus sit Satan à facie Domini. Nocent saepius, & in eo sunt DIABOLO persimiles. Apud eos judicium nihil est, nisi publica- merces. Quæcumque omnem reputant pietatem. Justifi- cant pro munieribus impium, afflictas gravant con- scientias, argento & avro mensas ornant, & exultant in rebus pessimis. Siq; videm peccata populi come- dunt, eis vestiuntur, & in eis multiplicit luxuriantur.

dum veri adoratores in Spiritu adorant Patrem, qui ab eorum dissentit doctrinā, aut HÆRETICUS judicatur, aut Schismaticus. Manifestetur ergo seipsum CHRISTVS, & palam faciat viam, quia nobis est incedendum. Citante item D. Hoc in caput 11. Apocalypſ. pag. 496.

4. Caput Ecclesiæ: quum solus CHRISTVS, a quoniam fortis est Ecclesia, hujusdem ipſe Caput sit: Ephes. i. v. 22. &c. s. v. 23. &c. Vide ſuprā in κατασκευῇ III.
5. Fundamentum Ecclesiæ: quum CHRISTVS unicum sit fundamentum, preter quod aliud ponere nullum potest. Cor. 3. v. 11. Et 1. Pet. 2. v. 6.

Memorabilis hic est Jesuitæ nostri, in applicando Pontificis ſuo iſthoc epitheto, ſolertia; ſed cum Diabolica conjunctio nequit: dum locum illum Prophetæ Eſa. cap. 28. v. 16. Ecce, ego ponam in fundamento Sion Lapidem, &c. audet ad monſtrum illud hominis, ſer potius bestiam obſcenissimam, Papam ſum accommodare, inquietus: Quanquam hec verba in Christum præcipue convenire non ignoramus, cadem tamen non incepit in Christi Vicarium quadrare censemus. Et urget in primis illa verba: In fundamento fundatum, niſi fundamentum post fundatum, fundamen- tum ſecundariū, non primarium? Si quidem primum ac præcipuum Ecclesiæ fundamentum non ignoramus esse Christum. At post Christum, fundamentum est Petrus, & niſi per Petrum non pervenitur ad Christum, videlicet, in libris de Sum. Pontif. columnā 592. & 594. Hic vero nescias, utrum mirere magis impietatem in explicando, an perfidiam in interpretando diēto Prophetico. Illam quidē quam manifestam eſſe arg. palpabilem ſentiret Sophista, leniter quodammodo voluit, quum dixit, Ea verba Prophetæ non in-

epit

quidat hec quām inepti, quām impi! in CHRISTI emendatione Vicarium Papam quadrare videri. Hanc verò linguam imperitia, que juvenem fortassis excusare poterat, in veterano iſthoc Romani Vajoris Armigero sublevare minimi potest, nec veniam mereri ullam debet: quippe qui nostris omnibus Theologis nonnunquam id criminis objettare ſolet. Sed Hieronymi an ſit verſo illa Latina, hic nō diſputo: ſed cuiuscumque ſit, eam ita authenticam eſſe, ut & Hebreo fonti & Grece translationis honori prajudicare poſſit, id pernego. Nam verò neuer id habet, quod ex ſuppoſita verſione Latina urget Bellarminus: In fundamento Sion. Nam in Hebreo ſimplius eſt, hincenī iuſſad bēzior aben, id eſt, Ecce, ego fundabo, ſeu fundamenti loco ponam in Zijon Lapide, &c. Quia Graci Patries tranſulerunt hoc modo: ιδε εγώ ιπολῶ εἰς τὰ Θερέλια Σιων λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτού, ἀκρογωνίου, ἀνθημού, εἰς τὰ Θερέλια αὐτῆς, Ecce ego immittam in fundamento Sion lapide multi precii, electum, in ſummo locatum angulo, honorabilem, in fundamento eius. Ubi prepositio iei, non designat locū ſeu terminū ad quem (alias quis non videt, fundamentum ipſi Lapiſi angulari ſuppoſitum, adeoq; prelatum iri?) ſed ſinem potius uſumq; significat Lapiſi illius, quidē in fundamento, vel loco fundamenti firmiſimi futurus ſit. Hoc nempe ſibi uult plurale nomen Θερέλια, idq; ſecundorepetitum: ut rem justis modis ampliſcet. Idem quoq; innuit illa verbi iteratio in Hebr. muſſad mulad, id eſt, fundamento fundatum; ut quām ſolidiſiſime fundatum intelligamus. Sic etiam ipſe S. Petrus (quem Papa ſedē proſtituit inſtar idoli, CHRISTO ḡ, ſubſtituit) illa Prophetæ verba interpretatur, in 1. Epift. c. 2. v. 6. id τίθεις ē τιων λίθων ἀκρογωνίων ἐκλεκτού, εντημού, id eſt, Ecce colloco in Sion lapidem angulos tuuentem, electū, in honore & precio habendum.

Nullam hic facit Apostolus mentionem fundamenti cuiusdam alterius; sed Lapidis solum illius ad angulos positi, qui funda-
menta praestare debet πάση τῇ οἰκοδομῇ longè firmissima ac
rutilissima. Quod autem S. Paulus ad Ephes. 2. v. 20. dicit, nos
ποιησαντεῖν τὴν τεμένη τὸν αποστόλον καὶ προφῆτα, hoc
significatum voluit: nos ad templum DEI sive Ecclesiam edi-
ficandam amplificandamq. vocatos, veluti superstruimus ac coag-
mentari in ipso illo fundamento, quod profecte sunt omnes in uero
πνευματ. αγίοι Φρεώνεροι ἄγιοι Γεώργιοι. Itidem B.
Joannes Theologus in Apocal. 21. per illa duodecim fundamen-
ta civitatis sanctæ nihil signat aliud, quam duodecim fundamen-
torum voce ac ministerio propagatum esse per universas terras
Evangelium, corundemq. beneficio (Domini cooperante gra-
tia) fundatam esse atq. extactam illam in Orbe Urbem DEI
amoenissimam Ecclesiam. Pudor ergo est, Jesuitam ex nullo
fundamento tantam rem tam procaciter urgere. Sed per gemmæ
in exegesi nominum Papalium.

6. Salutari cupit Pastor Ovilis Dominici, & quidem
(uti Petrum inter Apostolos solum fuisse scribit, lib. 1. de Romanis.
Pont. c. 11.) Ordinarius: quum solus CHRISTVS sit Pastor illae
bonus & summus. Joan. 10. v. 12. 14. &c. Pet. 2. v. ult. & cap.
5. v. 4.

7. Rector Domus DEI: quum is item sit ipse CHRISTVS,
verbo & spiritu suo regens ac gubernans Ecclesiam suam.
Joan. cap. 16. v. 13. & cap. 17. v. 17. &c.

8. Pater & Doctor omnium Christianorum; atq. tā
causa Romana Ecclesia isti vocatur Māster & Magistra o-
mnium Ecclesiarum, ex Concil. Lateran. Quum tamen unus sit
noster Magister & Dominus CHRISTVS, Matth. c. 23. v. n.

9. Sponsus Ecclesiae gestit appellari, plusquam caninā si-
que a finiā impudētiā; quum solum CHRISTO hoc conveniat

Epi.

Ephes. Joan. 3. v. 29. Matth. 9. v. 15. &c. c. Item 2. Cor.
11. v. 2. &c. De hac appellatione Pontificis etiam paulo superius
dictum, pag. 13. & 14.

Hunc titulum Papa GregorIVs X. (Ecce formalem no-
minis Antichristici numerum, VI. quā iterum atq. iterum per X.
exercens perficitur) in impio Concilio Lugdunensi recepit.
Sicuti ibidem quoq. solenniter sancitum esse ajunt principale
ibid & longè usitatiſſimum nomen, Vicarius Christi. Atq.
ejus nominis splendor ipsorum etiam adversariorum quandam
oculos perstrinxit, ut confiteri eos suppuderet, esse Papam Ec-
clesie Sponsum. Idē si quando necessitas meminisse cogeret, ore
semiclusō, quasi pulitem serventem continentē, verba presserunt,
& mirā (que hypocritarum est) modestiā usi, non dixerunt id
quidem ipsi, sed à sanctis scilicet Patribus editum, quod indi-
cum esse non posset, approbarunt. Ejus rei vide Lector exem-
plum in D. Joan. Eckio, qui in libro 2. de Primatu P E T R I ad-
versus Lud. cap. 27. quum in id problema incidit, ita melle per-
uncitis os cunctabundum reserat dictis: Quamvis dulcis
JESVS sit verus Sponsus Ecclesie, & omnium fidelium
caput, tamen oportet adesse caput ministeriale, qvod
nobiscum conversetur, qvod possimus accedere, &
nostras necessitates ei exponere. Hoc est Papa Roma-
nus Pontifex, successor Petri, Domini J E S V C H R I-
S T I in terris Vicarius. Attende queso lector: Quamvis
(inquit) J E S V S sit V E R V S Sponsus Ecclesie, & omnium fi-
delium caput! Hic jam volebat, & ex concepta opinione debe-
bat inferre: Tamen etiam Romanus Pontifex est Eccle-
sie Sponsus, si non verus (hunc enim ipse ultrò concedit esse
CHRISTVM) saltem substitutus, secundarius seu Vica-
rius. At non sicut cum ita loqui, cum pudor in cauteriatā con-
scientiā tamen reliquis, tūm rei ipsius absurditas. Sed, tamen,

(inquit) oportet ad eis caput ministeriale, hoc est, Papa, In ix, ut Talpa. Proberunt prius, Papam ejus esse generis, qui ad regulam CHRISTI quadrat isti ministerio: deinde cetera vide.

Emblematis loco hic mihi fas sit inscrere, quo patto Jesuita non men istud sive titulum Pontificis defendat, lib. 2. de R. P. c. 31. col. 340. Sed objicunt: (inquit) aliqui Bernhardum epist. 237. monet Eugenium Papam, qui in Sponsum existimet, sed sponsi amicum; & quod absurdum videtur, ut Vicarius regis reginæ Sponsus dicatur. Rsp ondet ipse: Sic ut Papa dicitur Caput, Rector, Pastor Ecclesiæ, loco CHRISTI; ita etiam dicitur Sponsus, loco CHRISTI, sive ut CHRISTI Vicarius & minister. Nam verus & principalis Sponsus Christus est, ut dicitur Joh. 3. Pontifices autem dicuntur Sponsi, quia cooperantur extrinsecus in generatione filiorum, tanquam ministri Verbi & Sacramentorum, & filios non sibi, sed Christo generant. Bernardus ergo solùm admonere intendit Pontificem, ne se principalem Sponsum arbitretur. Et (audite Angelus a Sua) tanquam absurdum est in carnali generatione regem juvani à Vicario, & unam dici multorum spontem, tamen in spirituali non est absurdum. Hec ille. At pro summis DEVS! Solum hoc ferre, Solem hunc videre sustinere tam sedam Belluam, qua in Sanctum Filij DEI Altissimi thronum se Luciferiano fastu elatum inferat atque involeat: in oblationis quoque (horrendum dictu, auditu nefarium!) se quasi armis & revalens obtrudat substituatq. Tum autem homines tam nullius frontis, tam profligata mentis, tam perduci fidei & conscientiae reperiri, factum quis probent, qui publici tuncantur scriptis, & Orbi commendent! Sed quid non execranda An-

de Antichristi perfidia, & impia ejus assecularum Jesuerrorum temeritat designat?

Age vero interim excutiamus atq. examinemus illam belli argumentatoris nostri refectionem. Concludit necope, Pontificem ex sententiâ Bernardi non prohiberi, quoniam minus se Ecclesie sponsus existimet; modò ne principalem, idj. hac ratione: Quia itidem dicitur Caput Ecclesiæ, Rector & Pastor. Vide obsecro, annon principium Jesuita petat. & quæ enim ambigunt id, & queritur, quo jure se Papa vicariu Ecclesia Caput, Rector & Summum Pastorem nuncupet. Ideoq. sic progredendum erit ex hypothesis:

Sicut Papa dicitur Caput, Rector, Pastor Ecclesiæ, loco CHRISTI: ita etiam dicitur Sponsus loco CHRISTI, sive ut CHRISTI Vicarius & minister.

Affumo jam: Atqui Papa sic dicitur Caput, Rector, Pastor Ecclesiæ, ut Antichristus, ut sacrorum proditor, & prædo gregis Christiani. Ergo Eodem quoq; modo, eadem fide, eodem jure dicitur Sponsus Ecclesiæ; scilicet ut Antichristus, ut sacrorum proditor, ut stellio & turpisimus impostor sanctæ DEI Ecclesiæ. Major ipsis est Bellarmini vera. Minoris veritas est patet ex antea dictis: probo tamen insuper. Quid Pontificiorum adulatorum nemo omnium ostendere mihi poterit, ubi Ecclesia Papæ Romanici corpus appelletur. Jam si Ecclesia non est Corpus Papæ, quomodo ipse poterit ejus esse Caput? Sed nec ostendere possunt: ubi Petrus ipse dicitur Sponsus Ecclesiæ, nedum Papæ ejus successor dubius. Et quia apud omnes est in confessio, CHRISTVM esse Caput sue Ecclesia, queritur quorsum opus sit altero capite secundario? Quasi CHRISTIVS fons hanc sufficiat officio Capitis sustinendo. Si sufficit autem, nec alterius admi-

adminiculo Capitis indiger, quorsum ist hoc CHRISTI in corpore tubere opus?

Respondet hic Bellarminus lib. I. de Rom. Pont. c. 9. Cum dicitur (inquit) Ecclesia corpus Christi, vox illa, Christi, potest commodè referri non tam ad Christum, ut caput, quam ad eundem Christum, ut hypostasim eius corporis. Hec Jesuita nostra philosophatio est plane sophistica, primum non loquens cum Scriptura, deinde omnem rationem pervertentis. Nam quid hoc est dicere? Ecclesia est corpus Christi, non tanquam capitum Christi, sed tanquam hypostasis, substantia sive persone illius corporis. Non delirum! Nam quis unquam Theologorum vel veterum vel recentiorum sic locutus est? aut quomodo Ecclesia non est corpus CHRISTI tanquam caput? Pergit Jesuita angelus. Quemadmodum cum dicimus, illic jacet corpus Petri, illic Pauli, non significamus Petrum aut Pavlum esse corpora, sed personas, qvarum illa sunt corpora. Reime dich Wundschuch! Longè, longè aliud est loqui de corpore mortuo seu cadavere, alicuius hominis, quam de vivo viventi corpore CHRISTI. Longè item aliud est loqui de corpore CHRISTI, dum in hac mortalitate versaretur, physico; aliud de corpore CHRISTI mystico, &c. Sed pergit: Christus enim non modo caput est Ecclesie, sed est ipse quasi magnum corpus ex multis & variis membris constans.

Oribus Anticyris caput insanabile nunquam! Nam quid hoc sibi vult? aut ubi hoc scriptum? CHRISTVM esse quasi magnum quoddam corpus ex multis & variis, &c. Annotavit id (inquit) S. Augustinus l. 1. de peccatorum meru. & remiss. c. 21. ex eo quod Apostolus, 1. Cor. 12. cum ait: Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia avitem membra cum sint multa, unum est corpus: non addit.

Ita

Ita & Christi corpus; sed, Ita & Christus. Vide & ride in duas Jesuitas. Nam cur sic inferret Apostolus; Ita & Christi corpus habet in uno corpore multa & varia membra? Quia enim hac ratio & regula foret? sed plana ratio est hujusmodi: Quemadmodum nostrum aliquid in uno corpore habet multa membra: sic & Christus in uno corpore scilicet Ecclesia suæ, habet multa membra, alia his, alia illis, alia aliis destinata usibus.

Quicquid Augustinus annotaverit, perhibente Bellarmino, perinde est, at ex eo loco Apostoli, 1. Cor. 12. tale quid elicere posse (ut Bellar. prestigiatoriè nugatur) cactus sit, qui videat. Fallor autem! an de membris Ecclesia mortua est Jesuite somnium & sermo? Nimirum Ecclesia Papalis sive Romanocatholica, non est corpus CHRISTI: quia non tam commodè refertur ad CHRISTVM, ut caput, quam ad Romanum Patrem, ut Christi Vicarium sive Antichristum.

Recturam quoque, & Pastoratum totius Ecclesie sibi quod arroges uni Papa, nihil est. Neq; enim Moses vir ille DEI, sustinendo erat oneri solus in judicando populo Israëlitico: quia tamen omnes Pontifices Romanos, licet in unam hypostasim conglomeratos, spiritu, sapientia & fortitudine facile antecelluit. ne omnino hominum quisquam, prater CHRISTVM Divina potentia & virtute preditum, idoneus est ac sufficiens ad universam Ecclesiam gubernandam. Respondet Bellarminus lib. I. de P. R. c. 9. fieri quidem non posse sine miraculo, ut unus homo totam Ecclesiam per se regat: at ut unus per multos sibi subjectos ministros & Pastores id faciat, & possibile & utile esse. Atq; huc torquet simile à principibus secularibus desumsum, qui amplissima regna per vicarios administrarent. Verum ostendat quas, quo loco CHRISTUS sanxerit & instituerit unum quempiam Apostolorum, tanquam Monarcham, qui domi sedens ipse neminem doceat,

J

sed

sed alios ad descendum emittat, & quid fieri velit, modo prae-
piat ac jubeat. Nam Petrus quidem ipsum docendi munus non
detrectavit, sed ipse hinc inde verbum fidei predicavit: super-
iores partes, aut ullam prerogativam nec habuit, nec a D.
N.I.O. sibi tributam agnoverit.

Hie vero Papice omnes certatum occident antiquum il-
lud: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo item.
Tibi dabo claves regni. Denique, Pasce oves meas. Re-
spondeo: Nibil dicitis o boni. Verissima sane sunt illa verba,
CHRISTI, dum Petri fidem mirificè probans, istibet ei tam ma-
gnifica promittit. Acceptit etiam claves Petrus, & pavit in-
primis oves CHRISTI, hoc est, fideles in Iudea & Galilaea,
quos ipse CHRISTVS haecenus coram paverat verbo, & mi-
raculis confirmaverat: nempe vernaculae illas oves de domo
Israël, quos & filios vocat, Matth. 15. v. 24. 26. & propriu-
lum & Apostolatum Circumcisionis conceditum memorat, ad
Gal. 2. v. 7. 8. Et ipse Petrus ad Iudeos advenas, per Pontium &
reliquas Asia partes dispersos Epistolam scripsit. Ceterum open-
datis nobis omnes vos Vicary & Primatary, ubi vel Petrus ipse
sibi, vel Paulus, aut quisquam alius Apostolorum, Petro pri-
matum dignitatem & gradum supra inferiores (Nam ordinis
aliquem inter partes concedimus: vel quod senior esset Petrus,
& auctoritate preditus, donum circa tibi, Gal. 2. v. 2. 6 vel quia,
CHRISTVS cum ob praclaram illam fidei confessionem novi
nomine & praesenti Clavium munere seorsim dignatus erat:
at supra inferiores, inquam, ubi nullum ei quisquam e-
CHRISTI Schola primatum tribuerit: id ostendatu m.
Dicatis quicquid velitis: mentiemini: & ipse vos mendacij
arguet B. PETRVS, si auditus. Sic enim loquitur, i. Ep. c. 6. Pet.
byteros inter vos (inquit) obiector ego compiesbyter,

i cap.

Irenæus (inquit Bellarmus) non dicit εγω αποκριθησομενος: i multo mi-
hi ipsi avocando misericordia regni, vel εγω ο αριστης, id
est, ego Vicarius ille CHRISTI. Ita enim vocabulum Antichri-
stum prouidetur olim accepisse B. Irenæus jamcum ante 1400 & plu-
ris annos, quem Papa Victorius Tessarakajdecitas excommu-
nicantis insolentiam castigaret: Antichristus quum sit ser-
vus (inquit) quasi DEUS vult adorari. Nam quomodo pos-
sit dicere Antichristum esse Servum, si simpliciter Adversa-
rius CHRISTI, non Vicarium, intellexisset? Etsi Bellarmus
in Appendice ad libros de Summo Pontif. c. 6. corrigit illud di-
cendum Irenæi, atq. ita haberi ait lib. 5. c. 25: Antichristus cum
sit servus, Regem se vult praeconari. Romanus avitem
papa (ait Bellarm.) neg. ipse se Regem appellat, neg. ab aliis
appellari cupit. Verum enim vero Papa Romanus sat Regem se
praeconari (si quidem sic juvat ordinari) patitur, quando Re-
gorem domus Dei (ut Ambrosius vocat alicubi Damasum-)
quando Regum patrem, Vicarium Christi, & Christum Do-
mini, deniq. Deum Pharaonis (quibus verbis Bernardus Euge-
nium honorasse legitur) recte appellari se agnoscit; ipso referen-
te Bellarmio in Append. c. 9. At si sancti illi viii hæc Papæ
ologia tribuerunt, quidni Papa recte agnoverit? Resp.
Romanum quid pasti etiam sunt hac in parte boni illi Petrus,
quiusmodi palpos assentatorios Pontifici obtrudendo: ipse vero
Pontifex meminisse debebat, quod Cato pueris nostris præcipit:
Cum quiste lavdat, iudex tuus esse memento:

Plus aliis de te, quam tu tibi, credere noli.

Verum Irenæus (inquit Bellarmus) creditit Anti-
christum futurum genere Iudeum ex tribu Dan, Hie-
rosolymis regnaturum, & in templo quod Salomonis
dicebatur sessurum, ab ipso CHRISTO interficien-
dum, postquam tribus annis cum dimidio regnaverit.

R. Quicquid sit, aut vaticinatus est B. Irenaeus de vero Antichristo, aut alterum alteri quam simillimum fore judicavit.

Sed (ne quid dissimilem) valde suspectus iste mihi locus est B. Irenaei, criminis falsi: quod hinc apparet, quia idem Irenaeus cum nisset hoc, latentes, nomen sexcentorum sexaginta sex numerum; valde (inquit) verisimile est, quoniam verissimum regnum hoc habet vocabulum: Latini enim sunt, qui nunc regnant. Vide Bellar. l. 3. c. 10.

Quomodo ergo mox veret, quem dudum Latina gentis hominem crediderat? Judicet cordatus lector, utrum supine cuidam in sancto Viro negligenter, oscitante atq. oblivioni adscribendum, an vero otioso aliquid sit istuc de Antichristo Judaico delirium. Certe ratione, aut quo tandem respectu alterum illud fictium

Satana mancipium, quod Regem se Mundi vel Ecclesie praconari vellet, Servus CHRISTI esse, aut perhiberi a quoquam posset? Dices: Imò Satane ille Servus erit, non CHRISTI. Indicent vero hic omnes, quibus est aliquid aceti in pectore, aut cum sit, Regem se vult praecanari? Servus & praconatio Regis, ut Dissentanca minimè, coherentia sunt accipienda. Nam qui est Servus CHRISTI, nullo modo vult se Regem predicari: at qui Servus est Satane, si volet se Regem (ut Monachil loquuntur) praconari. atq. ita Consentanca erunt Servus Satana & Regis praconatio, optimè sibi respondentia. Sequitur ergo, B. Irenaeum loqui de Antichristo Romano, non de Asiano vel Hierosolymitano: de vero, non de ficto & commentario.

Inquit: Oportuisse omnino inter ipsos statim Apostolos esse unum aliquem præcipuum, seu (ut loquuntur) Prælatum, ut schismatis tolleretur occasio. Scilicet

ergo nulla fuit unquam in primitiva illa Ecclesia, Apoforum atque dissensio, aut contentio, quin etiam Petrus consenseret & componeret. Qui saltum igitur, ut quum illi Cœnophororum Ecclesia aliis se Pauli esse proficeretur, aliis Apollonii, aliis Cephe seu Petri, aliis deniq. CHRISTI, periculosisimo & pleno superstitionis errore: qui factum (inquam) ut non ad Petrum statim easit delata quæstio, vel ejus fidem autoritate decisâ a Paulo? Numquid ignorabat, aut dissimulabat, Petrum esse quod audiret, Petram nempe & fundatum universa Ecclesia? Utique, vero ignorabat id, quod non erat. In actis Apostolicis sane legimus, ad Apostolorum & seniorum cognitionem & judicium controversias suisse devolutas, & ab iis decisas: At solius id autoritate Petritanquam Capitio inter Apostolos factum, non legimus. Act. 15. quum lis & controversia mota esset à Judais semicredulis, quod oporteret homines non modo per fidem in CHRISTVM, sed & Circumcisio ritu & lege Mosis servandâ salvari: ibi nomine Ecclesia alegati fuerunt Paulus & Barnabas ad Apostolos & Seniores, quievant Hierosolymis. Quo ubi venissent, congregatis Apostolis & Senioribus ea res accurati tractata atq. expensa fuit. Hic quidem prima legitur Petri, ut Senioris & honorationis oratio, qua confutat illud Pharisaica religionis fermentum, de recipiendo preter fidem etiam Legis Mosaica jugo. Sed idem sibi non sumit partes rei planè constituenda ac determinanda. Verum Jacobus ille frater Domini rem decidit: Audite me inquit: Dicitis quidem Simonis de assumto sibi è gentibus populo assentior, &c. Inde subjungit: diò i�ò xóριον id est, propter ea ego judico, & ita censeo, ut sequitur Act. 15. v. 19.

Adhuc heretis à boni? Audite nostra sententia interpretem gravissimum D. Cyprianum, qui floruit circa annum C. 260. Is de simplicit. Prælatorum scribens, ita sentit: Hoc (inquit)

erant utique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari
consortio prædicti & honoris & potestatis. Idem lib. 1.
Ep. 3 ad ipsum Cornelium Episcopum Rom. scribens, vehementer
improbat, Rem censurâ Episcoporum Africorum dignifica-
tam, ad ipsum de novo decernendam transferri. Nisi paucis
desperatis (inquit) & perditis (Auditis hoc vos Pape, & qui
circumestis?) PAUCIS DESPERATIS & PERDITIS minor qui-
detur autoritas Episcoporum in Africâ constituta.
Et iterum in Concil. Carthagin. sic loquitur: Neque
enim quisquam nostrum Episcopum se Episcoporum
esse constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi
necessitatem Collegas suos adgit. Quilibet enim habet
potestatis suæ liberum arbitrium. Certe non dubito, quin
si eadem tunc fuissent potestate Romani Pontifices, qua nunc,
istum Cyprianum continuo hereticâ publicis bullis declarassent,
proclamassent, atq; igni cremandum tradidissent.

Sed redeamus ad institutam telam nominum Papatum.
10. Vocabatur Apostolicæ Sedi Præfus, non solum sedem,
Apostolicam tenens, sed etiam principatum Apostolicæ Sedi, ac
iux munus dicitur etiam Apostolatus, ex Concil. Chalceon,
quum tamen Apostoli non haberint fixam aut certam sedem,
ubi publicius stipendiis alerentur; sed in Orbem universum in
iusti passionis CHRISTI meruerint, atq; Ecclesiæ coegerint,
quocunq; vel Spiritus eos impellebat, vel CHRISTI ampli-
cando nomini & honori conducere arbitrabantur. Marc. 6.
vers. 15. Joban. 17. vers. 18. Actor. 1. vers. 3. &c. c. 16. vers. 6.
7. 19. &c.

Huic non male associamus nomen Præpositus: quod
ego legi apud Bellarminum Pontifici Romano attributum. Se-
mel lib. 3 de Rom. Pont. c. 19. quum citat illud Petro dictum Luc.
13. Qvis putas fidelis dispensator & prudens, quem
con-

conlit in Dominus super familiam suam? Quo loco vi-
demus (inquit Bellarm.) Economen quendam toti familiae
Christi PRÆPOSITUM. Deinde in Appendice librorum de Sun-
mo Pontif. sc. 14. nonnullorum Romane Sedi Præpositoriū sive
præficiū celebratam tuam excusans inquit: Annon posse-
mus cum sancto Avgultino de Summis Pontificibus
disputare, liberè dicere, in illum ordinem Episcopo-
rum qui ducunt ab ipso Petro usq; ad Anatalium, jam
usq; ad Clementem VIII qui nunc eandem cathedralm
sedit, etiam si quisquam TRADITOR (Verrater / qualis
erat Judas ille Iscariota,) per illa tempora subrepulser,
nihil præjudicaret Ecclesiæ & innocentibus Christia-
nis, q; ibus Dominus prævidens, ait de PRÆPOSITIS
malis: Qvæ dicunt facite: qvæ aviem faciunt, facere
nolite, &c. Hoc vocabulum Præpositus (ut ante diximus
de Oppositus) nostri Germani item suum effecerunt, concide-
dentes Propst sc̄r Probst/ Saxonice Præwost. Cujus vo-
cabuli tanquam innocentis usus, adhuc in nostra Pomerania &
Marchia, atq; alibi, remansit tametsi inferiore censu. Nam cum
olim sub Papatu Præpositi adium Collegiarum, tanquam par-
ti Pontifices, ex suis præbendis sive redditibus magnis & ac pol-
lucibilitate viverent; hodie isthac nomine vocantur Pastores pri-
mi, q; in loco Superintendentis (uti vocamus) sive & affini Ec-
clesiarum ac parochiarum inspectionem habent, suis contenti sa-
lariis. Sed quia minus videbatur nomen hoc Antichristo des-
ignando idoneum, ob innocentem (opinor) vocis; tuisum respuerū;
& inferioribus Ecclesiarum particulariis presidiis reliquerunt.

11. Denique appellatur Episcopus Universalis, sc̄r
Archiepiscopus & Universalis Patriarcha. Quam-
solus CHRISTVS sit Agnus Christi & animarum nostrarum
1. Pet. 5. v. 4.

Mapp. Nomine E
scopi universale
tn accipitur, i
tō illi tributur,
toti Ecclesie ab
CHRISTO Prepo
est. Item —

Hoc nomen Gregorius ille Magnus, Pontifex ipse jam olim profanum esse sacrilegium & Antichristianum, verè pronunciauit, lib. 4. ep. 32. & alibi sapius. Quod autem Bellarminus respondet, cō tantummodo id accipiendum esse, quatenus reliqua Episcopis ipsum nomen & facultas Episcopalis admittatur, ita Vicarii potius sint illius, qui dicitur Universalis: id quam sit inceptum & nullius planè momenti ἀπόχεια, nemo non videt.

Quare quem bos & hujusmodi alios, qui soli CHRISTO tribui patiatur Rom. Pontifex, profectò satis ipse probat, ipsius munum esse Antichristum.

II. PAPA tamen (inquis) scribere se solet Servum Servorum DEI. E. Non recte arguis eum Antichristum. Respondetur. Gregorius Magnus magnam ille mentitum humilitatem, quondam sic se vocare ausus est: qua fide, qua ratione, vide apud ipsum Bellarmin. lib. 1. de R. P. c. 7. col. 620, videlicet ut qui regeret ac präsidaret modo Servis DEI, hoc est: qui imperaret omnibus, pareret nemini. Eodem sensu etiam Imperatoris se se nominabat servum. Quid tamen Bellarmino partim ex humilitate, partim ex necessitate factum interpretatur, quia scilicet Imperatoris ope & amicitia tum vehementer induceret. lib. 2. c. 28. col. 825. Alioqui minimè cessit Imperatori: quod unde facile patet. Nam quum ab Imperatore Gregorius simplex appellatus esset, non tacuit, gravem sibi injuriam eo verbosè factam: quum idem simplex & fatuus significare Pontifici viderentur. Huc pertinet etiam, quod ex Sulpicio in vita S. Martini narrat noster Bellar. lib. 1. de R. P. c. 7. Maximus Imperator (inquit) cum in convivio federet, assidente, quoq; B. Martino, & pincerna primum calicem Imperatori ut omnium nobilissimo vellet offerre, ille ad Episcopum misit, qui non recusavit; sed primus bibit, & postea

postea non Imperatori, sed Presbytero suo calicem tradidit, multò scilicet existimans digniorem qui post se biberet; nec integrum sibi fore, si avt Regem, avt eos qui à Rege erant proximi, presbytero præ tulisset.

Credat vero Judaeus Apella. Nam ego quidem fabulam, hanc esse Monasticam credo potius, quam veram historiam, id est, hac de causa: quia si Episcopus ille Martinus vir fuit (ut communis fuit opinio) sanctus, usq; non potuit esse Antichristus, id est, tam superbo & elato superciliosus, ut Imperatoriā majestate superiorē sibi, in convivio præsertim, locum dignitatem, tribueret. Quandoquidem sanctum esse, & superbū esse, non convenientiunt unū & eidem subiecto. Nam ut una cādemq; tabula cādem parte non potest simul esse alba & nigra: sic idem Episcopus (ni volet esse duplex nequam) non poterit simul & humilis esse & superbū. Quid autem negas eam esse superbiam? Negas sodes etiam, tenebras esse fuscas, lucem candidam. Sed nec talis erat reverā, qualis sibi videbatur esse Pharisaeus ille, de quo Luc. 18. Nec Salvator mōster ita vel docuit alios, vel fecit ipse, ut mentes alios eligeret, aut ageret: ut sibi bendi principatum ambiret. Verum Magno Pape (sic enim hodie audias illum, vocari ab ipsis Sacerdotibus, Italiis, cū seriat, & carnibus vesci, & alia leere sibi dicunt concessione magni Pape, des Grosspaffen:) ut omnia concessa sunt tanquam CHRISTI Vicario beatissimo, qui summo cum Imperio rebus humanis juxta & divinis presit, in terrū: ita nihil est, ei quod virtus veri possit. Omnia illi sancta, præclarata, divina sunt,

Ne itaq; sanctissimi illi Patres, quotquot Gregorio successerūt, minus intelligere viderentur, quam in Ecclesiā personā gererent, & quā sibi ab ipsis Imperatoribus reverentia deberetur; istum titulum, ut vicem abjectumq; contempnere ferē, & dīc unquam agnoverunt: nisi quoties Gregorianam placēret inuictari

hypocrisin. Id quod adhuc saltitans Romani illi Presules, quem
bulas edunt, in quibus usurpant ac solenniter (insolenter volui-
dicere) ipsi sibi tribuunt hunc titulum. Atq; id Jesuam vi-
disseror, quando inter quindecim illa insignia q; pe nomina
nullam fecit istius mentionem. lib. 2. c. 31. Et sancti manifestum
commisit ille sanctus Hypocrita (ignoscet verbo, quaque est
Gregoriane auctor humilitatis: Nam gloria DEI agitur, &
qui cognoscas arborum melius, quam de fructu?) manifestum
commisit, inquam, sacrilegium Gregorius ille Magnus, q; bis
Iesus, vel potius abusus titulo: insignemq; DEI FILIO in se-
cule benedicto contumeliam pariter & injuriam fecit. En-
verò quod Marc. 9. v. 38. dicit Salvator: ετις Σένα πάτερ
εσται, εται πάτερ εγώ, καὶ πάτερ δίκων εγώ. Item: Matt.
20. v. 20. &c. hic quidem primum non juber quemquam i ter-
discipulos affectare principatum quoquo modo: deinde au-
tem praescribit omnibus in genere methodum quandam pre-
meritis & charitatis officium; non si ταῦς πρωτοκλητας εими,
quod faciebant Phariseis & Scribe, δέξαν πάρα πολλάκις εγώ,
Cavortec, καὶ τών δόχας τών τοῦ Θεοῦ & μού τοῦ θεοῦ εγώ
Ioh. 8. v. 44. Quod si ergo maximè respexit Salvator ad
Iacobum Petrum, quid tamen aliud sequeretur, quam Petrum depe-
re caserū esse modestiorē, humiliorem, officiosorem? id quid
maxime sibi laudi ac glorie coram DEO & sanctis ejus (nisi
coram Mundo) cessurum esset. Ex quibus satis constat, quia
male hunc sibi titulum Papa Rom. accommodet. adeo ab
mni abhorrens humilitate, ut summos etiam Principes, Regi
& Monarchas ad sui ministerium & obscana pedum oscula
admittere non erubescat. Inquiet fortasse: CHRISTVS
itidem ad sacra pedum suorum oscula admisisse Mariam
Magdalenam, & Simoni hanc idem faciens exprobasti. In-

hos et id, quod dico: CHRISTI ut hominis omnium pauperrimi,
contempsimi, afflitiissimi humilitatem, nulli imitabilem, sibi
tribuit; hoc consilio, ut ejusdem Regis, Sponsi, Capitis arroget sibi
locum ac dignitatem, nulli communicabilem, Pontifex Roma-
num. Quid ergo est, si non Antichristus hic est?
Sed agedum consideremus etiam paulo penitus illud nō.
Ego papa. Ita sane est: Maria Magdalena pedes
CHRISTI & uxoris & exosculata est, non invito C HRIS-
TO, sed omnino approbante. Ergo Papa (inquit) non male facit, qui pedesuos Regibus & Principibus
deosculandos p̄ebet. Respondeo. Non legit fortasse Bellar-
minus & alii parasiti Pontificis, quid Terentius scribat in
Adelphis, act. 5. sc. 3. Multa in homine Demea, signa insunt, ex
quibus conjectura facile sit; duo cum idem faciunt, sepe ut possit
dixerit: Hoc licet impunè facere huic; illi non licet: non quod dis-
similis res sit; sed quod u, qui facit. Primum enim persona sunt
dissimiles, tam agentes quam patientes. Ibi C HRISTVS Fi-
lius DEI vivi, oculi pedum accipit: hic verò monstrum ho-
minis, C HRISTO Oppositus Papa oculi postulat. Ille dignus,
cui cælorum throni & dominationes, omnes Angeli & Archan-
geli supplices procumbant: hic verò propter Satanicum fastum,
quo primum sese hominum, imo rerum omnium esse deputat,
indignus, qui vel ullum inter servos DEI locum inveniat.
C HRISTVM osculo pedum, quos ante lacrimis rigarat, ca-
pillis suis tercerat mulier peccatrix, venerata est semel: neq;
constat unquam alias, vel ab eadem, vel ab aliis cum morem
frequentatum. At Papam ut plurimum magnates & viri prin-
cipes hoc venerationis cultu prosequuntur: idq; ille non modo
semel ab uno forte vel altero fieri patitur; sed quō sapius, &
pluribus, cōfert libentius. Deinde etiam cœuse utrobīg, sunt di-
versissima. C HRISTVS quidem id fieri permisit ex amore

& misericordia erga peccatricem contritam, & vera penitentia ac fidei fructus edentem. Papa vero pedum suorum impuris oscula admittit ex merita ambitione & superbia, qua Diocletianum imitatur, qui editio quondam sanguis legitur, ut omnes sine generis & sexus discrimine prostrati, pedes sibi exoscularentur, quibus etiam venerationem prostrata, pedes sibi buit, exornans calceamenta auro, gemmis & margaritis; quod ante ipsum quoq. Cajum Caligalam fecisse memorant. Voleat Laris, sed Pater manus vetudinis plenus (verba sunt Polydori Vercentem, dixit: Surge, & ego ipse homo sum. O vocem meam abilem atq. salutarem! si bene multi hodie quoq. se homines praditi sint, plane se reliquorum mortalium, longe post hominem memoriam imperiosissimos dominos prebent. sic Pol. Virg. dinem suum Pontifices, quum ab ejusdem tam alieni sunt mortibus. Illene pedum admisisset oscula! qui se praet reliquis indignum existimavit, cui a Servorum servo (CHRISTO) pedes lavarentur. Iohann. 13. v. 6. Quia omnibus aliis presbyteri gravissimus avor est vere humilitatis. Ep. 5. t. &c.

Ceterum Satanicus Antichristi Romani fastus vel ex ipso titulo solenni, quo se in omnibus Bullis & brevis suis Servum Servorum DEI venditat, apparet liquido. Quid enim unquam fuit, aut esse potuit Servus Servorum DEI? Nemo omnium vel Prophetarum, vel Apostolorum, vel omnino sanctorum. Paulus quidem se nuncupat Servum CHRISTI, in principio Epistole ad Romanos, & ad Philipp. ubi nomen hoc communicat cum Timotheo; item ad Titum. Apostolum CHRISTI se appellat in utraq. ad Corinthios, & Coloss. item

vitrag. ad Timotheum. Sic Jacobus, DEI & Domini JESU CHRISTI Servum: Petrus in priori Epistola Apostolum JESU CHRISTI. In 2. Servum & Apostolum JESU CHRISTI se appellat. Judas item se JESU CHRISTI Servum. Sed Servum Servorum DEI nemo se vocavit omnium, prater hoc Satane principium. Quid autem intelligemus esse Servum Servorum? Aut insinuum esse necesse est, & tanquam mediastinum quendam; aut precipuum, procuratorem domus sue Oeconomum (Matth. 20. v. 8.) τὸ καθετάριν ἐπὶ τὸ διατέλαιον, Luc. 12. v. 42. Illiusquidem generis Papa esse vel censeri nulla ratione potest, eo quod solius hoc sit Filius hominis seu Messias, CHRISTI, τελεσθεν διakeros θεων, αὐτὰ διακεντει, Εὐαγγελίον οὐδὲ λόγον άρτι ποδῶν. Matth. 20. 28 Hic nempe solus fuit in diebus carnis sue Servus Servorum, seu (ut ita dicam) servissimus. Servus ille sapiens, de quo Esai. 53. cuius unius beneficio ac servitio servamus omnes ab eternā morte. Ad hujus sane servitii non societatem, sed imitationem quandam inviat discipulos CHRISTVS, quum ab ambitione dominandi libidine eos acoget ac dehortatur. inquiens: Si quis volerit inter vos excellere, sit uester Minister, & si quis volerit esse primus seu precipuum, sit uester Servus. Sicut filius hominis non venit, ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, &c. Quibus verbis Optimus Salvator non innuit, unum aliquem ex Apostolis sibi successorum in hac servitute, hoc est (ut Papa diabolice interpretatur) fore, qui sub specie ac ficto nomine servi Servorum DEI in Vicariatum CHRISTI, ac delegatum quasi imperium regni Ecclesiastici descenderet; idq. nec Petrus, nec Paulus magis quam Judas Iscariotes, qui Dominum suum vendidit. sed hoc potius egit Magister ac Dominus noster JESUS, ut exemplo suchumillitatis insigne ac inimitabilis, omnes intra modestie cancellas contineret, & ab ambitione stolidâ (qua rati misert laborat

Papa) cohiberet. Ridiculum planè simum agit Papa, quum prædictis presentibus pedes lassat, exemplo scilicet CHRISTI, cuius calix esse posse, qui non videat merā hanc esse hypocrisin, aut (ut) cūjusmodi sūnt pleriq. omnes ceremonie Papales & Missaticæ, id, quod commune habuit Petrus cum omnibus Apostolis, quis Papa (siquidē verus esset imitator successorū Petri) commune habere debebat cum reliquis Episcopis & Senioribus, sibi vendicat DEI sive Ecclesiæ: que quia constat ex Clericis & Laicis, hisq. tā mortalium omnium. Hinc illæ creverunt Pontifici Romano crista, hinc immanis ille fastus, hinc luxus incredibilis, hinc illa tanquam rei testē libertate loco (nisi molestū est lectori) ex Erasmo cōmemorare lepidā quandam historiā, quo pacto quondam Pontifice ac Cardinalibus fastū ac delicias coram in os exprobraverit, ac salīcē deriserit Monachus Franciscanus Robertus Liciensis, miror facundia & festivitatem admodum ingenii. Is erat apud illos dī. Caturus: quos quū videret strepitu plusq. regio ingredi, deniq. & Pontificē gestari hexaphoro, & ab omnibus adorari; ubi consedissent tandem, jamq. expectaretur vox hominis, si nihil aliud prolocutus, quam Phy sanctum Petrum, phy sanctum Pavlum, subinde cum execrantis voce expuens, nunc in dextrum, nunc in sinistrū; nec aliud addens, ē medio proripuit se, relinquentis omnes astutios, alii suspicantibꝫ eum esse versum in servō, alii dubitantibꝫ, num in heresim quampliam, aut Judaismū Paganismūve plapsus in eas blasphemias erupisset. Quñq. ageretur de bimine coniunctio in vincula, Cardinalis quidam,

qui proprius noverat ejus ingeniu, atq. etiā amabat, persuasit ut prius ad Pontificem evocaretur, paucuq. Cardinalibus testib. audiatur. Rogatus quomodo in tā horrendas blasphemias erupisset, respondit, sibi longè aliud argumentū suisse preparatū, & paucius summa orationis exposuit Ceterū ubi spectarē (inquit) vostā strepitu ingredi, tantisq. in deliciis vivere; simulq. reputare, quām humilē, laboriosam & inanemā vitam egerint Apostoli, quorū vices geris: colligebā aut illos fuisse dementes, qui tam pingo itinere cōtenderint in cælū, aut vos rectā ad inferos profici. Sed de Vobis, qui tenetis claves regni calorū, nihil male suspicionis in animū inducere potui. Supererat, ut illorū stulticiā detestarer, qui quū licuisset ad istū modum splendide sua viterg. vivere, maluerint per omnē vitam jejuniis, vigiliis ac laboribus discruciaris. Haec enī ille in Ecclesiaste sive de ratione concionādi, lib. 3. pag. 528. Atq. hoc palpo satis gnathonicē licenterg. Pontifici suo, ejusq. Cardinalibꝫ obtuso, Liciensis ille impunis abiit; aut etiam lauto (opinor) cōvivio à sanctū Patribus exceptus est, qui tam miro artificio jocos & seria miscere, ludosq. sic tēperare dicisset, ut severis etiā Catonibus placaret. Qvod si acē tētasset aliis, nō perinde aquis eū amasset Jupiter; sed in vincis, immo in pyram conjectus ardente, crudeli purgatorio = apōstolis istā tuisset. Ex quibus oppido satis appetet stupēda & incredibiliū genii Antichristici hypocrisis, serum Servorū DEI, nullo exemplo, idq. prater omnē rationē & sensum, perficitā fronte se cōfidentis; qui merito ac jure Peccator peccatorum, sc̄i Peccator maximus venit appellandus; prout Apostolus Paulus cum vocat Hominem peccati & Filium peccatoris. 2. Thess. 2. III. At cur non in vulgari illo actitio nomine (PAPA) aliquid dincesse ostendit, quod Antichristū arguat? R. adoyor, hoc est nomen atq. iāq. patr. insfandi istius Beſtie numerum prorsus ignorans: addo etiam vixit, & minimē gloriisum Antichi, o nomen. Nam & Veteres cōnimū generaliter usi-

usividetur, & infantes nostri primulum fari incipientes, id de
paribus aut aliqui senioribus usurpare blandiendo solent, nam
quamvis Pontifici Rom. tributuri: quem si cernerent triplex
corona & Tyro saturata murice pallid insignem, ac clavis insig-
nem, ut clavis minantem Herculem, ac ro madidi ingeminan-
tum, & in ducum refrigerent, potius & abhorrent, quam
amarent, ulnasve ambirent.

Quod si forte alludent, qui hoc nomen isti Belo tangunt
sacrum tribuunt, ad vocabulum Syriacum *aggas* (quod terin-
notam non effugiant. At vero quod ad veterem illam Romano-
rum scripturam se referant, Pa.:Pa.: quo significatum volu-
tate tantum sue, unde ortum dicit, aut in qua degit & fo-
etur, Patrem se dici vult, sed totius Orbis Christiani: neque ei
quisquam iure tribuat honorem & nomen Patris, sive affensoris
Italie, & summi Imperii Romani; quippe quod fraudulentis con-
silio & machinationibus ad se transfusit, ne dicam rapui. Quid
autem! Ad se traduxit evitam Imperii Rom. sedem: quid m*a*.
iam illam Imperatoria majestate dignam appellationem Papa-
sibi vendicet? Nisi potius placet, Papam dictum esse, q: Patrem
patrum. Sic enim monet iste versiculos, quem olim uterum
gerente Papâ Johannâ, anno C. 855. Damon in Confessorio pro-
loquitus esse scribitur:

Papa pater patrum Papissæ pandito partum.

Iuvat hic obiter commemorare de Papâ Fabiano, quod
historici tradunt, ejus capitis insedisse columbam, quam de Epi-
scopo eligendo ageretur. Interpretati id sunt Patres conscripti,
velut angurium spiritus Sancti, hunc Fabianum ad istud mo-
num designantis. Q.d.i.a, adi Fabianos, id est:

Mittu-

Mittite: qui placet, & sacræ qvem qværitis ædi-
Præpositum, Patres, hic Fabianus erit.

Verum procul dubio Phænax ma. quoddam sive spectrū fuit Sa-
tane, in illius hominis simplicitate atq; apparente humilitate,
impi suo astruende Sedis Antichristice instituto pretextum
querentis, atque hoc omnino meditantis & agentis, quod veri-
tati hi καὶ γένη μάτα ταῦτα νόσου loquuntur:

EROMA TETRA MALA PAPA PALAM
ARTET AMORE:
SOLAMEN MOTI REXERIT OMNE
MALOS!

Satan

Quasi diceret: Hic commodus ei rei locus, hec mea Baby-
lon: hac adeò illa Thais: cuius occasione inductus, amaritatem,
idecebris & amore captus ac dementatus Papa, è sacro Pastore
michi in execrandum degeneret impostorem, ut cui prede tan-
tum sit ac libidini Ecclesia, palam veluti triumphanda, postea-
quam omnia ab eo jura malis artibus (sub specie sanctimonie,
seu nomine Vicarius CHRISTI) evicerit, & ad se unum
traduxerit. Fuit autem hic Fabianus successor Anheri (dicti
q: ante herum, ἡρῷον Εχοτες) qui post exactum men-
sem extinctus est, anno a nato CHRISTO 247; & sedit an-
nos 14. ipso annorum numero decimum quartum à se futurum
designans Pontificem Sylvestrum, qui donato sibi à Constanti-
no Magno (modo vera ea est donatio, de quo multi dubitant)
urbis Roma & totius Italia, omniumq; occidentalium provin-
ciarum imperio, Sedem istam Petrinam constabilius esse,
ac velut immotam redditurus: è medio tunc sublate eo, cuius pre-
sentia teterrimo Rom. Pontificum instituto obliterat haec-
nus. 2. Thess. 2. v. 6. & 7.

Queso te, hic paulisper amice lettor siste gradum. Rem scio
L à non-

a	1
ð	4
e	5
i	10
o	500
u	1
g	2
l	10
a	1
r	50
o	70
ç	6

666

et novellis doctis iam ante notata in; sed à mille non obserua-
tam in Evangelio Joanne cap. 10. v. 8. Salvator inquit: nā
rare iou πρότιον ψεύδει, καί τις ισχυρός εἰσιν, id est, Omnes
quotquot ante me venerūt, fures sunt & latrones. Lectis
ipso Pontificis impressa: excepto, quod Benedictus apud
montanus concinnavit, ubi Gracius Latina (si Musa pla-
ceat) imposuit. Hunc solum vidi omissoe verba illa, τὸ πρῶτον
in gratiam sue religiosi, & Papa Latina raro nota. Sed
& deca mones, in septem exemplaribus (que à septem pro-
fecta puto collibus, atque hoc ipsò suspecta) eadem illa verba
omissa sibi visa fuissent que in reliquorum editiorum nulli des-
iderantur. At quis tamen malus genius effect, ut in omnibus
omnino antiquitatis, quam D. Hieronymo tribuunt, ver-
sus Latine editionibus ille due dictiones, ante me, deponen-
t ex officina Brylingeriana Basilea prodiit, anno 1578. Indigni-
tate rei commotus, in typographi negligentiam admisi culpam
rejeciebam primū. Postea vero quam & alia inspicere di-
versis locis & temporibus impressa exemplaria: & imprimit
illud, quod ex iudicio Theologorum Academie Lovaniensi,
facta diligentissimā collatione aliorum exemplarium, antecen-
sum, 200,300,400. immo plusquam sexcentos annos (ut habet Pra-
fatio) impressorum, confectum est in folio, atque impressum
Antverpie, anno 1579. hic verò certior demum sum factū,
nulla apud Catholicos extare exemplaria Latina, quin ad unum
omnia sic habeant. Eequid autem suspicamur esse, cur iustus
verbis CHRISTI mendum induxerit Satanus, consentiu-
tibus omnibus Romana Cathedra iuratis & Ecclesie Catholice
titulum tuentibus? Causam oportet subesse profecto non levem.
Hoc quidem est extra omne dubium: diaclasse voluit ac Qu.

pax.

In paradiso primos nostros parentes cir-
cumventur, sic arguebat: DEVS utique permisit vobis &
concepit totius horti usum fructuum: quidni ergo otioso fruami-
nq; q;libet? Neq; viter omittebat impostor, ac dissimulabat
id quo in erat omne rei momentum: excepta una arboce.
Consimiliter in tentando CHRISTO: Angeli (inquit)
et cuitodient; quidni ergo tuū hinc præceps eas? O-
mittebat promissi conditionem, in viis uis. Itidem veterator
de calidissimum hic egit in remanifestā. Legebant enim, &
ad hoc legunt per universum Orbem docti in Grecā lingua verba
illa, τὸ πρῶτον, predicto loco: Et tamen potuit ea eludere ē Lati-
nis Biblis, & ē versione illā, quam Paparerum potitus in-
Ecclesia probaret, impune excludere; ut ne (quod Gracius habet
textus) legeretur. Omnes quotquot ante me venerunt;
sed, Omnes quoiquot venerunt. Reddebatur hoc pacto
ratio CHRISTI anceps & dubia. Qvia quād pridem
ante venerat Joannes Baptista, tum etiam olim venerant
prophetae. Etsi interim non ignoramus, quid de verbi ἔργον
proprietate hoc loco monoat Theophylactus, inquiens: εὐη η-
σάν, Φησίν, πρώτως Φεύδοποφθάται, οὐτε ιατράταται,
έπειτα προφητάται. Attamen illis verbis, πρῶτον ius, ante n.c.,
diserte perstringebat Salvator eos, qui circa mandatum
DEI venirent, ac ipsi CHRISTO se proponerent, aut equi-
pararent, quocunque loco & tempore. Satanus igitur, quum
male suo metueret Vicario, Prochristo sive Antichristo,
nominatior illud (ante me) expungendum duxit: ne quis homi-
num Latinorum (Vetuerat autem vel aliam versionem Lat.
admitti, εἴ τις alias linguis cuique genti vernacularis trans-
ferri S. Biblia) furtum animadverteret; nec Papam πρῶτον
1578, ante Christum, αὐτὴν Χριστὴν, hoc est, pro CHRISTO
seu vice CHRISTI sese Ecclesia obtrudentem, ipsum esse
L. 3 Anno

